

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

261^{93.}
17

UNIVERSITÄT
SACHSEN-ANHALT
LEIPZIG
BIBLIOTHEK



DISPUTATIO PHILOLOGICA

EXPLICANS PAULI VERBA

EX

I. AD TIMOTH.

III. v. 14. & 15.

Quam,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO ATq; EXCELSISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO

WILHELMO,

REGNI PRUSSIAE ET ELECTORATUS

BRANDENBURGICI HAEREDIS, &c. &c. &c.

JUSSU MAGNIFICI DOMINI PRO-RECTORIS ET

AMPLISSIMI SENATUS,

IN REGIA PRUSSIAE ACADEMIA,

PRO LOCO ORDINARIO

Professionis GRÆCÆ LINGVÆ obtinendo,

Solemnī Ventilationī submittit

M. JOHANNES ERNESTUS SEGERS,

Regiom. Pruss.

RESPONDENTE

CHRISTIANO FLOTTWELL, Reg. Pr.

IN AUDITORIO MAJORI,

Horis Ante- & Pomeridianis d. 18. Decembr.

Anno M DCCIII.

REGIO MONTI, EX OFFICINA

Privilegiō SAC. REG. MAJ. confirmata GEORGIANA.

AUGUSTISSIMO,
SERENISSIMO atq; POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DN. FRIDERICO,
REGI IN PRUSSIA,
MARCHIONI BRANDENBURGICO,
S. R. I. ARCHI-CAMERARIO ET
PRINCIPI ELECTORI,
SUPREMO ARAUSIONUM PRINCIPI,
MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM,
VANDALORUM, ITEM IN SILESIA CROSNÆ,

DU CI,
BURGGRABIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ
ET CAMINI,

COMITI IN HOHENZOLLERN,

MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,

LINGÆ, MOERSIÆ, BURÆ, & LEERDAMI,
MARCHIONI VERIARUM & FLISSINGÆ,

DOMINO IN RAVENSTEIN, NEC NON TERRARUM
LAUENBURG & BÜFAU, ARLÆ AC BREDÆ, &c. &c. &c.

REGI GLORIOSISSIMO, FELICISSIMO,

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO, AC NUTRITIO
MUNIFICENTISSIMO,

Inauguralem hancce Disputationem, in humillimè subjecti ac devotif-
simè grati animi signum, cum calidissimò votò Augustæ sem-
per Felicitatis omnigenæque Prosperitatis Regiæ offert
Subjektivissimus & Humillimus servus

M. JOHANNES ERNESTUS SEGERS.





Obilissimus atque insignis est locus, & qui teste Daniele Heinſio in Exercitat. ſacris Lib. XIV. c. 3. p. m. 514. haecenus omnium ferè exercuit ingenia, quem legimus I. ad Tim. III. 14. & 15. ubi Divus ille Gentium Doct̃or, PAULUS, Timotheum, dilectum ſuum Discipulum, ſequentibus alloquitur verbis: τὰυτὰ σοὶ γράφω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς σε τάχιον· Ἐὰν δὲ βραδένω, ἵνα εἰδῆς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἧλθς ἐς τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ ζώντος, σὺλῃ καὶ ἰδρυματὶ τῆς ἀληθείας· Hæc tibi ſcribo, ſperans me ad te venire citò. Si autem tardaverò, ut ſcias, quomodo oportet te in domo DEI converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, Columna & Firmamentum Veritatis. Exercebit hic valdè controverſus locus & noſtram in præſenti induſtriam, in tantum verò, in quantum illud & τῶν φιλολογούντων termini, & ingenii noſtri permittent vires. Enimverò in antecedentibus hujus Capituli verſiculis Apoſtolus Epiſcoporum, Diaconorum & ſic οἰκονόμων τῶν μυſτηρίων τῆς Θεοῦ, Eccleſiæque Præpoſitorum officium variis Canonibus, monitiſque inſtruxerat, pariter & mores eorum informaverat, Eorundemque quaſi vivum characterem expreſſerat; Jam verò ſubindicat, quò ſine hæc omnia traderit, nimirum, ut ſciret Timotheus ipſe, tanquam Epiſcopus Ephēſinæ Eccleſiæ conſtitutus, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἧλθς ἐς τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ ζώντος. Spem equidem hanc apud ſe conceperat Paulus, futurum, ut Ipſe brevi, τάχιον citius, (pro ἐν τάχει, quod in *Mſto Alexandrino* & quòpiam *Claro-Montano*, uti *Beza* vocatur,

A

legi-

legitur, & annotante Clariff. H. Grotio eundem habet
 fenfum, veluti Luc. XVIII. 8. Act. XII. 7. XXII. 18.
 XXV. 4. Rom. XVI. 20. & alibi) ad Timotheum E-
 phesum fit venturus, ibidemque omnia coram ordina-
 turus; quod tamen Apoftolo haud raro eveniebat, re-
 tardabatur ſæpius, imò obviabant ei nonnunquam ta-
 lia, quæ ipſius Propoſitum planè reddebant irritum, uti
 patet ex II. Corinth. XII. 14. & XIII. 3. Hunc igitur in
 eventum, ſi ſcilicet tardaverit aut fortè omninò Ephe-
 ſum non venerit, prævias hæc literas ad Timotheum
 transmittit, ne alioquin ex diuturniore ſui abſentiâ ἀθυ-
 μίας i. e. mœroris aliquid contraheret, neve ipſe aut cæ-
 teri Ephesini, abſente ſe, ſecurius agerent, vel inſoleſce-
 rent, ſed ut illis moniti, interea noſſent ea, quæ alioquin
 coram fuiſſet dicturus, ut ſcirent, tam ipſe Timotheus
 quàm alii, de quibus modò egerat, Epifcopi, Diaconi,
 & Eccleſiæ Miniſtri, quomodo verſandum ſit in Eccle-
 ſiâ, quales eſſe & quomodo vivere, quâve ratione Ec-
 cleſiam, tanquam domum Dei viventis, adornare atq̃
 adminiſtrare debeant. ἵνα μὴ τὸ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀπὸν διατάξεισθε
 εἰς ἀθυμίαν ἐμβάλλη τὴ μαθησίην, φήσω, & διὰ τῶν αὐτῶν γρα-
 φῶν, ὡς ἐκ ἐπιήλων, ἀλλ' ἕξω μὲν. Εἰ δὲ συμβῆ με βρα-
 δευεῖ, ἵνα μὴ ἀχάλης, φησί. Τῶν μὲν ὑπὲρ τῆ πάσης τῆν
 ἀθυμίαν αὐτῶν ἰπτεῖλαι τοῖς δὲ ἄλλοις ὑπὲρ τῆ διεύξει
 αὐτῶν, καὶ ποιῆσαι πνευματικὰς. Ἡ δὲ παρρησία αὐτῶ καὶ ἐ-
 παγγελομένη, μεγάλα ἰδύνατο, inquit Chryſoſtomus Hom.
 XI. in h. l. col. 472. C. Tom. VI. Oper. in N. T. Edit.
 Novæ Francof. ab anno 1698. in fol. h. e. Ne ex eo, quod
 illi de hujusmodi ſcripſerat, diſcipulum fortè mœrore conficeret,
 ait, non idcirco hæc ſcribo, quaſi non jam venturus ſim, veni-
 am enim proſectò: Cæterum ſi tardare contigerit, uti ne moleſtè
 id

id feras. Huic quidem levandi causa majoris hæc scribit:
Verum aliis aliâ ratione, ut scil. eos vigilantiores studiosioresq;
faciat. Nam & ipsius præsentia multum poterat vel promissa.

§. II.

In Originali Græcô legitur hîc verbum ἀναστροφή, quod præter varias, quas admittit significationes, sæpius etiam in Sacris Novi Test. Literis, pro *versari, conversari* usurpatur, respondetque Hebræo גלח, ut videre est Proverb. XX. 7. ac in specie denotat, certâ ratione vitam transigere, sanctè & inculpate vivere. Ita namque Paulus II. Corinth. I. 11. Κάυχσις ἡμῶν αὐτῆ ἐστίν, τὸ μαθῆμεν τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἀπλότητι καὶ ἀλιμενείᾳ Θεῶν, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεῶν ἀνεστέφθημεν ἐν τῷ κόσμῳ πεισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς. i. e. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ, quod in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientiâ carnali, sed in gratiâ Dei conversati sumus in mundo, abundantius autem apud vos. Et Apostolus Petrus I. Epist. I. 17. καὶ εἰ πατέρες ὀπιθαλαῖατε, ἵναquit, τὸν ἀπροσωπολήπτως κρινόντα κατὰ τὸ ἐκάστη ἔργον ἐν φόβῳ τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστέφῃτε: i. e. Et si Patrem invocatis, eum qui sine acceptione Personarum judicat, secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini. Conf. Epist. ad Hebr. cap. X. 33. & XIII. 18. Quin etiam errantibus in fide II. Petr. II. 18, & perversè ambulantiibus in vitâ Ephes. II. 3. vocem hanc accommodari deprehendimus. Notabile insuper est, quod Job, Cass. Scivorus, Tigurinus quondam Professor, in Thesaurô suo Ecclesiastico è Patribus Græcis Alphabeticô ordine concinnatô, sub voce ἀναστροφή col. 322. animadvertit, prædictum nomen, quoties in N. T. occurrit, semper ex Vulgatâ interpretatione *conversatio-*

nam notare, vel secundum aliorum versionem, *vite genus & modum*, seu *vita sive acta sive agendæ rationem*. Occurrit autem tredecim vicibus, videlicet Galat. I. 13. Ephes. IV. 22. I. Timoth. IV. 12. Hebr. XIII. 7. Jacob. III. 13. I. Petr. I. 15. 18. & cap. II. 12. cap. III. 1. 2. 16. II. Pet. II. 7. & cap. III. 11. Conf. *Edv. Leigh* Criticam Sacram in omnes voces Græcas N. T. sub voce ἀνατροφή p. m. 25. Edit. Amstelod. ab anno 1679. in fol. Nec tantum in Scripturis N. T., verum etiam apud alios tam Ecclesiasticos, quam Profanos Scriptores vox ἀνατροφή & ἀνατρέφεσθαι hanc obtinent significationem. Sic namque *Theodoretus* Comment. in Epist. ad Hebr. cap. XIII. 7. Tom. III. Oper. p. 460. Edit. Paris. ab anno 1642. in fol. ἀνατροφήν interpretatur per πολιτείαν, i. e. *vite rationem*. Pariter & *Theophylactus* Comment. in d. I. p. m. 1024. Edit. Londin. ab anno 1636. in fol. ἀνατροφήν exponit per πολιτείαν & v. 18. p. m. 1029. καλῶς ἀνατρέφεσθαι ipsi idem est quod ἀπροσκόπως διαγειν καὶ ἀσκανδαλίστως, i. e. *citra offendiculum & citra scandalum vitam ducere*. Conf. Eiusdem Comment. in I. ad Timoth. IV. 12. p. m. 775. Quod verò apud profanos Scriptores ἀνατροφή, διαγωγή, βίος, ζών, πολιτεία, nec non ἀνατρέφεσθαι, πολιτεύεσθαι & διαγειν passim inter se permutantur, testes sunt *Hesychius*, *Varinus Phavorinus* Camers, Nuceriæ quondam Episcopus, & alii in Lexicis suis, quæ ex profanorum Auctorum Scriptis congestère.

§. III.

Eandem significationem verbum ἀνατρέφεσθαι præfenti quoque in locò obtinet, nihilq; aliud insinuat, quàm conceptum quandam de vitâ inculpatâ, morumque hone-

neſtate ſeu ſanctâ converſatione quorumvis fidelium, quin etiam doctrinæ puritatem, omnesq; ſimul officii Eccleſiaſtici partes denotat, id enim antecedentia, ubi Apoſtolus de inculpatâ Episcoporum atque Diaconorum vitâ locutus fuerat, ſatis perſpicuè evincunt, ac præterea tum antiquiſſimæ Verſiones, tum optimi quivis Interpretum confirmant. Ut enim taceam *Aria-Montani* & *Vulgatam* verſionem, quæ utraq; ἀναſτρέφειν ἐν οἴκῳ τοῦ Θεοῦ per τὸ *converſari in domo Dei* reddidit; *Athiops* ſanè *Interpres* eleganter hanc phraſin per τὸ *ordinare domum Dei ſive Eccleſiam* tranſtulit, quòcum etiam conſentit *Ambroſius* Comment. in h. l. Tom. III. Oper. col. 578. Edit. Pariſ. ab anno 1642. in fol. & *Nic. de Lyra* in Gloſſa ad h. l. quorum poſterior hæc habet: *In domo DEI converſari i. e. Eccleſiam convenienter regere & ordinare.* Ubi enim bonum regimen & εὐταξία, ubi omnia ἐξημώνας καὶ κατὰ νόμον fiunt, juxta I. Cor. XIV. 40. ibi ſine dubiò inculcata adest vita atque converſatio. *Arabica verſio* ita ſe habet: *Hos tibi ſcribo ſermones, ſperans me ad te venturum quamprimum. Quodſi tardavelo, ſcies, quomodo oporteat te gerere in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei vivi.* Emphaticè verò *Theodoretus* Comment. in noſtrum locum Tom. III. Oper. p. 477. ἀναſτρέφειν per τὸ πολιτεύειν interpretatur; notante enim *Alphonſ. Salmerone* Comment. in Acta Apoſt. Tractat. LIII. p. 348. Tom. XII. Oper. πολιτεύειν non eſt ſimpliciter converſari, quod privati faciunt, ſed creditum ſibi munus adminiſtrare, ut *Magiſtratus faciunt.* Et *Budæus* in Comment. Græcæ Lingv. col. 1074. poſtquam nonnulla ex Gregorio Nazianzeno de Baſilio verba & locum ex Act. XXIII. 1. citaffer, in quibus verbum πολιτεύομαι occurrit, hæc ſubdit: πο-

λιπέουθ' intelligo in his locis ἐκ ἄλλῶν διαπέουθ' καὶ βίῳν: quod
 ipsum de privato homine & quocunque dicitur: Ἀλλὰ πᾶσι τῶν
 προσατίας ἐχόντων, ut sunt Antistites & Cœnobiarchi & Sacer-
 dotes, qui vel curiis vel functionibus præfecti sunt &c. Vid.
 Lorinus & Beza Comment. in Aët. XXIII. 1. Theodoro-
 to subjungimus Anselmum Cantuariensem Archi-Epi-
 scopum Secul. XI. clarum, qui Comment. in I. ad Ti-
 moth. p. 357. B. Tom. II. Oper. Edit. Colon. ab anno
 1612. in fol. verborum nostrorum sequentem tradit
 ἡσυχασῶν: Hec omnia firmiter retine atque custodi, quoni-
 am ea scribo tibi, fili Thumothee, sperans me ad te citò
 venire, ut te præfens instruam adhuc plenius. Et id eò studiosus
 interim observare debes, quæ tibi adjungo, ut non erubescas, cum
 te videro. Veniam (ut spero) velociter. Sed, si tardave-
 ro, scripsi tibi hæc, ut interim scias, quomodo conver-
 sari te in domo DEI oporteat, ut prodesse possis omnibus,
 quæ in eà sunt, & scias, qualiter unumquemq; debeas instruere.
 Sequatur Dionysius Carthusianus, qui Seculo XV. post Chri-
 stum natum claruit, cujus hæc sunt verba Comment.
 in h. l. Ut scias interim ex Doctrina hujus Epistole, quomodo
 oporteat te in domo Dei (i. e. in grege fidelium tibi commissò)
 conversari, omnibus & singulis salubriter præsidendo, exem-
 plariter te habendo, & unicuique proportionatam doctrinam im-
 primendo. Denique nec possumus non, quin subnecta-
 mus Glossam Claud. Espencei, Theologi atque Philoso-
 phi in Academia Parisiensi Seculo XVI. famigeratissimi,
 ita autem ille Comment. in I. ad Timoth. cap. III.
 Si verbò te Ecclesiæ ordinationem edocere nequeam, hoc saltem
 scriptò doceam, Exemplo tuo, ut se gerere conveniat, quibus
 credita est animarum cura, ut hæc interea Epistola confirmat
 vus aliquam vivendi formulam habeas, adeoq; auctoritatem omnia
 probe

7

probe pro me ordinandi, ut qualiter unumquemque, quantâque
vigilantiâ instruere debeas & omnibus præesse scias. Conf.
Rabanus Maurus Comment. in Epist. Pauli Lib. XXIII.
c. 3. p. 501. Tom. V. Oper. Edit. Colon. ab anno 1626.
in fol.

§. IV.

Dum autem Apostolus Ecclesiæ mentionem facit,
& Timotheo suo in antecedentibus præscripsisse asserit,
quomodo in eâ conversari & officio suô fungi debeat,
operæ pretium erit, ut vocem Ἐκκλησίας paulò penitius
in præsentî inspiciamus. Dicitur verò Ἐκκλησία ἀπὸ τῆς
ἐκκαλεῖν, ab evocando, & in genere apud profanos pari-
ter atque Ecclesiasticos Scriptores, nihil aliud significat,
quàm evocationem, conventum, congregationem, cætum &
confessum quendam evocatorum. Unde Hesychius Ἐκκλησίας
vocem exponit per σύνοδον, συναγωγὴν, πανήγυριν, i. e.
conventum, congregationem, conventum publicum seu cætum.
Et Suidas in Lexic. Tom. I. p. m. 853. F. Ἐκκλησίαν vo-
cat συναγωγὴν ἕχλης turbae populique congregationem, citat-
que hanc in rem locum Aristophanis ex Pluto. Inter
Ecclesiasticos Scriptores Cyrillus Hierosolym. Catech. XVIII.
Illuminat. pag. 221. Edit. Paris. ab anno 1640. in fol.
hâc de voce ita loquitur: Ἐκκλησία καλεῖται Φερανύμιας,
ἀπὸ τῶ πάντες ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ἡμεῖς συναγωγήν i. e. Interprete
Johanne Grodecio: apud Ecclesia vocatur, quasi dicas con-
vocatio: propter omnium convocationem & congregationem.
Apud Athanasium quoque Quæst. XXXVII. de Parabo-
lis Scriptur. Tom. II. Oper. p. m. 402. Edit. Colon. ab
anno 1686. in fol. Ἐκκλησία καλεῖται, ἀπὸ τῆς πάντας ἐκκα-
λεῖσθαι. Ecclesia vocatur evocatio, quia omnes evocantur. Et
Chryostomo Homil. in Ps. CXLIX. Tom. III. Oper. col.
m. 547.

m. 547. Ε. Ἐκκλησία συσῆμα ἢ καὶ συνόδου ἔστιν ὄνομα. *Ecclesia* notat congregationem & conventum. Pariter & Venerab. Beda Lib. I. Expofit. in Proverb. V. Tom. IV. col. 892. Edit. Basil. ab anno 1563. in fol. *Ecclesia*, inquit, & *Synagoga*, Græca nomina sunt, & unam eandemque rem Latine significant, id est, conventum plurimorum ad invicem, si autem subtilius distinguantur, *Ecclesia* convocatio, *Synagoga* congregatio interpretatur. Hæc Beda, quæ ille transcripsit mutuatus ab Augustino Comment. in Ps. LXXXI. Atque hinc etiam ἐκκλησιάζειν nihil aliud est, quam conventum celebrare, ad concionem vocare. Ita namque Svidas l. c. Ἐκκλησιάζων, εἰς ἐκκλησίαν συγκαλῶν. *concionans, i. e. in concionem convocans.* Et Scholiastes Aristophanis in Vespas: Ἐκκλησιάζειν εἰς ἐκκλησίαν συνάγειν i. e. ad concionem vocare. Sæpius etiam ἐκκλησιάζω pro Ἐπισυνάγω, ἀθροίζω, συναθροίζω, ponitur, veluti Levit. VIII. 3. Num. XX. v. 8. Deuter. IV. 10. XXI. 12. 28. & II. Paralip. XV. v. 9. Sumitur autem vox Ἐκκλησίας modo in malâ, modo in bonâ significatione. In malâ denotat cœtum confusum & temerè congregatum, vel etiam conventum hominum pravorum & malitiosorum ob malum finem susceptum, quò sensu capitur Psalm. XXVI. 5. Actor. XIX. 31. 38. Diciturque συναγωγή ἢ Σατανᾶ *Synagoga* & congregatio Satane, Apoc. II. 9. & III. 9. In bonâ verò significatione, notat conventum ordinatum, seu congregationem hominum proborum, bonum ob finem institutum, uti Act. XIX. 37.

§. V.

Olim apud Græcos, & præsertim Atticos seu Athenienses Ἐκκλησία in specie dicebatur *Civium conventus, Concio*, & ea hominum multitudo, quæ jussu Magistratûs

con-

9

conveniebat vocata. Hinc Pompejò Festò, celebri Grammaticò Autore, propriè Ἐκκλησία græcè, & latinè Concio, nonnisi de legitimè advocatò populò dicuntur. Et Ammonius in Lib. de simil. & different. vocabulis, qui exstat Tom. IV. Thesauri Græc. Ling. Henr. Stephani: Ἐκκλησίαν ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὴν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν. Athenienses, inquit, Ἐκκλησίαν appellabant conventum civium. Observari autem meretur, quòd apud Athenienses Concionum aliæ fuerint ordinariæ, aliæ extraordinariæ; quarum illæ statis cujusque Prytanæ diebus, de certis rebus ab unò semper Magistratu habebantur, dicebanturque Ἐκκλησίαι: hæ verò contrariò modò se habebant, appellabanturque καὶ Ἐκκλησίαι καὶ σύγκλητοι Ἐκκλησίαι. Vid. Jul. Pollux Lib. VIII. Onomast. cap. 9. sect. 32. p. 405. Edit. Francof. Græco-Latin. ab anno 1608 in Q. Et Harpocratonis Lexicon, sub voce Σύγκλητος Ἐκκλησία. p. m. 325. Ordinariæ porrò, teste Julio Polluce l. c. sect. 7. p. 398. in quâq; Prytanæa (Prytanæa verò tempus est, quo unaquæque Tribus præsidet. Et cum decem essent, singule Tribus pluribus diebus præsidebant: Postquam autem duodecim factæ sunt, singulis mensibus singule præsidet, sunt verba Pollucis l. c. sect. 32. p. 405. ex Interpret. Rudolph. Gvaltheri:) quatuor instituebantur: Prima, quæ & κρεία dicebatur, erat, in quâ, præter cætera, Magistratum confirmabant, siquidem bonus fuisset, aut, si malus, abrogabant. In Secundâ permissum erat, ut quisvis, quodcunque vellet, de rebus privatis & publicis liberè diceret. Tertia Praconibus & Legatis data erat, si modò antè Prytanibus literas dedissent. Quarta Sacris erat attributa. Verba apud Julium Pollucem hæc sunt: τῶν δὲ Ἐκκλησιῶν, ἡ μὲν κρεία, ἐν ἣ τὰς ἀρχαίας

B

Ἐπιχειροῦντων, εἴπερ καλῶς ἔχασιν, ἢ ἀποχειροῦντων. Ἐν ἣ
καὶ τὰς εἰσαγγελίας ὁ βεβλόμενος εἰσαγγέλλει. Καὶ τὰς ἀπο-
γραφὰς τῶν δηνομένων ἀναγιγνώσκουσιν οἱ πρὸς τοῖς δικαῖς,
καὶ τὰς λήξεις τῶν κληρῶν. Ἡ δὲ δευτέρα ἐκκλησία, ἀνέναντι
πῶς βεβλόμενοις ἱκετηρίαν φερόμενοις, λέγειν ἀδεῶς περὶ τε τῶν
ἰδίων καὶ τῶν δημοσίων· ἢ δὲ γ' κήρυξι καὶ πρεσβείαις, ἄξιον
χρηματίζειν, ἕως δὲ πρότερον πῶς πρυτάνεσιν ἀποδοῦναι τὰ γεγραμ-
μένα. Ἡ δὲ δ' πρὸς ἱερῶν καὶ ὁσίων. *Concionum principalis di-*
citur, in qua Magistratus confirmant, si quidem boni fue-
rint, aut abrogant: in qua & publicas causas, quicumque volu-
erit, recitare potest, & publicatorum professiones ante judicia
& hereditatum sortem recitant. Secunda Concio habetur vo-
lentibus, supplicatione facta, intrepidè loqui de privatis & pu-
blicis rebus. Tertia Praconibus & Legatis celebranda est, quos
antè Prytanibus scripta tradere oportet. Quarta verò de Sa-
cris & sanctis. H. I. Idem ferè & Suidas in Lexicò sub
voce ἐκκλησία κερία Tom. I. p. 853. E. testari videtur,
nisi quod generali aliquâ appellatione omnes ordinarias
Conciones κερίας nuncupatas & præterea earum tantum
tres Athenis singulis mensibus institutas fuisse autemet.
Ita enim ille: Ἐκκλησία κερία· ἕτω λέγεται, κερία, ἐν ἣ ἐ-
κέρων τὰ ψηφίσματα εἰσὶ δὲ νόμιμοι ἐκκλησίας αἱ λεγόμεναι
κερῖαι τρεῖς & μὴ ἀδύνησιν ἢ πρώτῃ, καὶ ἰ καὶ ἡ τελευταία.
h. e. Interprete Æmyl. Portò: Ἐκκλησία κερία sic vocaba-
tur Concio, in qua decreta sanciebant, rata faciebant, con-
firmabant. Concio. quæ certis ac statis, sive statutis
temporibus haberi solebat. *Sunt autem legitime, hoc est*
ordinariæ, Conciones, quæ vocantur κερῖαι, tres, quæ sole-
bant haberi singulis mensibus, Athenis. Quibus habendis
destinatus erat cujusque mensis dies primus, & decimus,
& trigessimus. Clarioribus hæc refert verbis Ulpianus
Enarr.

Enarr. in Orat. Demosthenis contra Timocr. p. m. § 10. B. Edit. Francof. ab anno 1604. in fol. ἴσον γὰρ, inquit, ὅτι καὶ μῆνα τρεῖς ἐκκλησίας ἐποιεῖν, βαλεόμενοι παρὲν ἐν τῇ πόλει πραγμάτων, εἰ μὴ ἄρα ἀνάγκη ἕως κατέλαβε πολέμους, ὡς περὶ καὶ παρὲν ἐκείνους ἄλλην ἐκκλησίαν ποιήσαι πλείοντων ἀελομένων καὶ ἐγγίνετο ἢ πρώτη ἐν δεκάτῃ 8 μηνός· ἢ δὲ δευτέρῃ παρὲν τῆν εἰκοσὴν· ἢ δὲ τρίτῃ, παρὲν τὴν τετρακοσὴν. *Sciendum enim est, eos singulis mensibus ternas habuisse conciones, de publicis negotiis deliberantes, nisi qua belli necessitas incidisset, ut de eo etiam prater statas illas alia concio esset indicenda: Habebatur igitur prima undecimò die mensis; altera circa vigesimum; tertia circa trigesimum.* Itaque ad statas quidem istas atque ordinarias conciones populus non convocatus veniebat. Extraordinariæ verò circumeuntibus & convocantibus quibusdam, repentè habebantur. Ita namque rursus *Ulpianus* Enarrat. in Orat. Demosth. de falsâ Legat. p. m. 372. B. τρεῖς ἐκκλησίας 8 μηνός ἐγγίνοντο ἀελομέναι ἢ δὲ σύγκλητος ἔρχο ἀελομένη. Σύγκλητος δὲ ἐκκλησία ἐκλήθη, ἐπειδὴ ἐν μὲν τοῖς νομίμοις καὶ συνήθεσιν ἀφ' ἐαυτῶν, ὁ δὲ δῆμος συνέτρεχε. Ὅταν δὲ ἐξ ἀνάγκης πινὸς σύλλογος γένητο, συνεκάλεν ἑνὸς παρὲνόντες. *Terne singulis mensibus state conciones habebantur, sed σύγκλητος non definita erat. Vocata est autem concio σύγκλητος, quod in legitimis & consuetis ultrò Populus concurrebat. Cum verò ex necessitate aliqua habebatur, quidam circumibant & convocabant.* Sed de his Atheniensium ἐκκλησίαις five Concionibus & convocationibus publicis aliâ occasione.

§. VI.

Ab hóc civili Atheniensium usu, Scriptura S. & qui eam sequuntur, Ecclesiastici Scriptores, vocem ἐκκλησίας ad proprium & sacrum traduxerunt Usam, ju-

dice Magn. Gerhardò in LL. Theolog. Loc. de Ecclesiâ c. 1. §. 3. & 6. Joach. Hildebrando in Theologiâ Dogmaticâ c. 22. §. 2. & aliis. Accipitur autem ea (1.) propriè ἡ κατ' ἐξοχὴν pro totò Cœtu verè fidelium, sive electorum, qui ab origine mundi usque ad illius finem ex omnibus populis, gentibus & linguis à Spiritu S. per verbum vocantur, colliguntur, illuminantur & sanctificantur; quò sensu legitur Matth. XVI. 18. Ephes. I. v. 22. & c. V. 23, 24. 25. Coloss. I. 18. & alibi. Hanc Ecclesiam Ignatius in Epist. ad Trallianos p. m. 66. Edit. Oxon. ab anno 1644. in Q. vocat Ἐκκλησίαν ἐκλεκτὴν, συναθροισμα ἁγίων, συναγαγὴν ὁσίων. i. e. Ecclesiam electam, cœtum sanctum, synagoga[m] Sanctorum. De hac Ecclesiâ & Clementi Alexandrino sermo est, quando Lib. VII. Stromat. p. m. 715. B. Edit. Colon. ab anno 1688. in fol. ita inquit: Οὐ γὰρ τὸν τόπον, ἀλλὰ τὸ ἀθροισμα τῶν ἐκλεκτῶν ἐκκλησίαν καλεῖται. Non locum, sed congregationem electorum, nunc Ecclesiam voco. Non aliter Isidorus Pelusiotæ L. II. Epist. 246. pag. 236. Edit. Paris. ab anno 1638. in fol. τὸ ἀθροισμα, inquit, τῶν ἁγίων, τὸ ἐξ ὁρθῆς πίστεως καὶ πολιτείας ἀρίστης συγκεκροτημένον, ἐκκλησία ὀνομάζεται. Cœtus Sanctorum, ex rectâ fide atque optimâ vivendi ratione collectus, Ecclesia est. Hujus insuper Ecclesiæ varia sunt Epitheta atque proprietates, quas inter tamen hanc tantum notamus, quod in Symbolo Nicæno, Constantinopolitano, & aliis, καθολικὴ universalis; à Chrysostomo verò & aliis ὀικουμένη dicatur. Quam proprietatem ita explicant & definiunt Græci PP. Ἐκκλησία καθολικὴ καλεῖται, διότι καθόλου ἔχει κόσμος κεχυμένη ὑπάρχει. Ecclesia vocatur Catholica, quia per universam mundum est dispersa, quæ verba sunt Athanasii Quæst. XXXVII. de Parab. Scriptura

pturæ Tom. II. Oper. p. m. 402. B. Nec aliter eandem describit *Theophylactus* Comment. in I. ad Corinth. XII. 27. p. m. 271. καθολικὴ, inquit, ἐκκλησία ἡ πανταχῶς τῆς οἰκουμένης, ἧς τὸ σῶμα συνέστηκεν ἐκ τῶν ἀπανταχῶς ἐκκλησιῶν, ἔχον κεφαλὴν τὸν Χριστόν. i. e. *Catholica Ecclesia, quæ per totum terrarum orbem dispersa, cujus corpus ex omnibus passim Ecclesiis constat, caput habens Christum.* Et *Barlaamus*, Monachus, circa medium Seculi XIV. clarus, in Libro de primatu Papæ, quem Claud. Salmasius, puer vix quatuordecim annorum, Græcè & Latinè edidit c. XV. p. 121. καθολικὴ ἐκκλησία, δὲ σύστημα τῶν ἀπανταχῶς, τῆς οἰκουμένης ὀρθοδόξων Χριστιανῶν, τῶν ἀκίησά κη ἀσάλευσά τὰ τῆς εὐσεβείας; δόγματῶ διατηρησίων. *Catholica*, ait, *Ecclesia, est congregatio omnium per totum orbem orthodoxorum Christianorum, qui pietatis dogmata immota & inconcussa custodiunt.* Prolixæ quoque hæc in rem habet verba *Cyrillus Hierosolymit.* Catech. XVIII. Illuminat. quæ ibidem p. 220. legi merentur. Græcis Patribus subiungimus aliquos ex Latinis, nimirum *Julium I.* Episcopum Romanum, qui Decret. IX. Tom. I. Concil. hæc de re ita fatur: *Ecclesia græcum nomen est, quod in latinum vertitur convocatio, propterea, quod ad se omnes vocet. Catholica, id est, universalis, quia per universum mundum est constituta.* Eadem verba & *Ivo* citat Carnotensis, Decreti Part. III. de Ecclesiâ c. 3. ex *Julii* Decret. c. 5. Similia habet *Pacianus* Epist. I. ad Sympronianum de nomine Catholicò in med. & Epist. II. in princip. Tomò III. Biblioth. M. Patr. col. 50. & seqq. Item *Augustinus* Epist. CLXX. ad Severin. Tom. II. Oper. & Lib. de Unitat. Ecclesiæ c. 2. Tom. VII. Oper. præprimis verò Lib. II. contra literas *Petilianii* c. 38, Tom. VII. Oper.

ubi hæc habet: *Ego quidem Græca Lingvæ perparum affectus sum, & propè nihil: non tamen impudenter me dico nôsse, ὅλον non esse unum, sed totum; & καθόλον secundùm totum; inde Catholica nomen accepit, dicente ipso Dominò, non est vestrùm scire tempora, quæ Pater posuit in suâ potestate, sed accipietis virtutem Spiritûs Sancti supervenientem in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & totam Judæam, & Samariam, & usque in totam terram. Ecce, unde Catholica dicatur.* Ulterius (2.) vox *ἐκκλησίας* sæpius etiam accipitur pro cœtu fidelium unius alicujus Locî, vel Regionis, vel Provinciæ, vel Civitatis. Sic *ἐκκλησία Ἰσραὴλ* dicuntur, ad Rom. XVI. 4. quæ ex Gentibus seu Gentilium Regionibus Christo sunt collectæ. *ἐκκλησία τῆς Ἀσίας*, I. Cor. XVI. 19. *τῆς μακεδονίας* II. Corinth. VIII. 1. *τῆς γαλιλίας* Gal. I. 2. *ἐκκλησία καθ' ὅλης τῆς ἰσραήλ καὶ γαλιλίας καὶ σαμαρείας* Act. IX. 31. It. *ἐκκλησία ἐν ἱεροσολύμοις* Act. VIII. 1. ἐν *ἀντιοχείᾳ* Act. XIII. 1. *λαοδικέων* Coloss. IV. 16. *θεσσαλονικέων* I. Theff. I. 1. Præprimis verò in Apocalypsi S. Johannis, frequenter vox *ἐκκλησία* hæc in significatione occurrit, dum ibidem c. II. 1. mentio fit *ἐκκλησίας ἐφεσίνης* vers. 8. *συρναίων* vers. 12. ἐν *περγάμῳ* vers. 18. ἐν *θυατείροις* cap. III. 1. *ἐκκλησίας ἐν σάρδεσι* vers. 7. ἐν *φιλαδέλφειᾳ*, & vers. 14. *λαοδικέων*. Solent hujusmodi Cætus fidelium communiter *particulares Ecclesie* vocari, quæ tamen ab universali Ecclesiâ per essentiam atque naturam suam minimè differunt, sed tantùm in hoc distinguuntur, quod certo loco sint affixæ, cum universalis per universum terrarum orbem sit diffusa; It. quod sint partes totius, nempe Ecclesiæ Catholicæ, quæ

quæ simul sumptæ, *Unam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam* constituunt. Quapropter & universalis Ecclesia in Symbolo Apostolico *κοινωνία τῶν ἀγίων, communio Sanctorum*, appellatur. Pulchrè *Chrysostomus* Homil. CXLIX. Tom. V. Oper. apud *Sciverum* in Thefaur. Ecclesiast. sub voce *ἐκκλησία* col. m. 1058. αἱ κτ' πόλεις, inquit, καὶ χώραις ἐκκλησίαι, πολλαὶ τὸν ἀριθμὸν ἔσται, μία δὲν ἐκκλησία, εἰς γὰρ ἐν αὐταῖς ὁ Χριστὸς ἀπανταχῶ, ὁ πέλει καὶ ἀμέριστος. *Ecclesia, quæ in urbibus & agris sunt, quamvis multa sint numero, unam constituunt Ecclesiam: unus enim in iis ubique Christus, perfectus & individuus.* Et *Theophylactus* Comment. in I. Corinth. I. p. m. 164. Μία ἐκκλησία εἰσὶ πάντες οἱ πιστοὶ, ὅπερ δ' ἄν ᾤσιν. *Una Ecclesia sunt omnes fideles, ubicunque tandem sint.* Vid. Epist. *Constantini M.* ad absentes Episcopos apud *Theodoretum* Lib. I. H. E. c. X. p. m. 34. *A. B. Clemens Alexandrinus* Lib. VII. Stromat. p. m. 765. *A. & Basilius M.* Epist. CCCXCIII. Tom. III. Oper. col. m. 401. B. Edit. Paris. ab anno 1638. in fol.

§. VII.

Præterea (3.) ut cæteras vocis *ἐκκλησίας* prætereamus significationes, quandoque etiam eadem *synecdochicè* sumitur; nimirum cùm *Ecclesiæ* Cœtus, iuxta *Cyprianum* in Epist. LXIX. quæ est ad *Florent. Pappianum* p. m. 136. Edit. Paris. ab anno 1648. in fol. in *gregem & Pastorem* dividatur, inde accidit, ut *Ecclesiæ* appellatio per figuram *Synecdoches* tribuatur vel solis *Pastoribus & Presbyteris*, qui alicui cœnui præfunt; vel *gredi & ovibus*, seorsim à pastoribus consideratis, Priori modò accipi videtur illud *Marth. XVIII. 17.* εἶπε τῷ ἐκκλησίᾳ, dic *Ecclesiæ*, quod est *Interprete Chrysostomò*
Ho-

Homil. LXI. in Matthæum col. m. 660. C. Tom. VII. Oper. in N. T. πῶς προσεδρεύει presidentibus. Et Theophylactus Comment. in h. l. p. m. 106. Edit. Paris. ab anno 1635. in fol. in sinuat, per ἐκκλησίαν ibidem intelligi ἵνα τῆς ἐκκλησίας πρόεδρος Ecclesie presides. Confer. Beza Comment. in h. l. Et Spanhemius Part. III. Dubior. Evangelicorum Dub. LXXVII. Posteriori verò sensu occurrit Act. XX. 28. ubi Episcopi jubentur ποιᾶν τὴν ἐκκλησίαν Ἐθεῶν, pascere Ecclesiam Dei. Quò etiam referri potest illud Apostoli ex I. ad Timoth. III. 5. εἰ τις οἴκῳ προσῆται οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας θεῶν διακονήσεται. Si quis domui sue præesse nescit, quomodo Ecclesie DEI diligentiam habebit. Quem in locum Chrysostomus Homil. X. col. m. 466. E. Tom. VI. Oper. in N. T. ita commentatur: Ευκολώτερον τῆς οἰκίας ἀρχεῖν ὁ τόνον οὕτω καλῶς οὐκ οἰκονομήσας, πῶς τῆς ἐκκλησίας οἰκονομήσας δύνησεται. Longè facilius est domum regere. Qui igitur rem familiarem ritè administrare nescit, quò pacto Ecclesiam administrare poterit? Conf. I. Pet. V. 2. Denique (4.) haud rarò etiam apud Ecclesiasticos Scriptores vox ἐκκλησία Metonymicè usurpatur, & notat Locum, ubi Ecclesia, sive facer Cœtus congregatur, qui & aliàs SS. Patribus ἐκκλησιαστικόν dicitur, de quâ voce evolendus Isidorus Pelusiota Lib. II. Epist. CCXLVI. p. m. 236. Hòc sensu voce ἐκκλησίας utitur Chrysostomus, dum Hom. XXIX. in Acta col. m. 266. E. Tom. III. Oper. in N. T. dicit: οἱ πατέρες τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν ἀκοδόμησαν. i. e. Progenitores seu Majores Ecclesias nobis exstruxerunt. Simili sensu vocem ἐκκλησίας à Theodoro Serm. VI. de curandis Græcorum affectionibus p. m. 580. Tom. IV. Oper. legimus usurpatam, ubi ita: ἐκκλησία πειφανεῖς πανταχῶ
δεδο-

δεδομημένοι ἐν πόλεσιν, ἐν κώμαις, ἐν ἀγροῖς. *Illustres Ecclesie ubique exstructæ, in civitatibus, in pagis, in agris.* Et Lib. I. Hist. Ecclesiast. c. 2. p. m. 6. B. de Constantinò M. hæc refert: Νόμος γὼ ἔγραψε, θύειν μὲν εἰδώλοις ἀπέργων, δομᾶσθαι δὲ πᾶς ἐκκλησίας παρεγγυῶν. Etenim Leges scripsit, quibus & hostias idolis immolari vetuit, & Ecclesias exstrui iussit. Ac paulò post: τότε δὲ, οἱ μὲν πᾶς κατελυθείσας ἐκκλησίας ἀνηγείρον, οἱ δὲ ἐπέτερος ἐυρωτέρας ἀνωκοδόμην καὶ λαμπροτέρας. Tunc itaque alii quidem dirutas Ecclesias de integrò erigebant, alij alias ampliores & splendidiores edificabant. Spectat huc etiam locus Eusebii ex L. VIII. H. E. c. 1. p. m. 292. B. ubi hæc habet: Εὐροσίας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας πᾶς πόλεις ἐν Θερμελίῳ ἀύσαν ἐκκλησίας, h. e. amplas & latas Ecclesias in cunctis civitatibus ex fundamentò exstruebant. Hinc ἐκκλησία μεγάλη vocatur Ecclesia seu Templum Constantinopoli ædificatum à Philostorgiò L. III. H. E. p. m. 476. C. de quò etiam Socrates Lib. I. Hist. Eccl. c. 16. p. m. 45. D. & Nicephorus Lib. VII. H. E. c. 49. p. m. 520. C. loquuntur. Vid. Nic. Fulleri Miscell. Sacra Lib. II. c. 9.

§. VIII.

Quandoquidem autem ita variè & diversimodè vox ἐκκλησίας & in Sacris Literis & ab Ecclesiasticis Scriptoribus usurpatur, quæstio oritur, quâ in significatione eandem Apostolus præsentem in nostrò loco adhibuerit? Certum verò est, quòd eadem non utatur Metonymicè, pro Templò, seu Locò congregationis fidelium; scripsit enim Timotheo suo, πῶς δὲ ἀναστρέφεται ἐν ἐκκλησίᾳ, quomodo oporteat conversari in Ecclesiâ, conversatio autem non tam locum respicit, quàm Personas, quibuscum unâ vivimus ac unam constituimus societatem,

C

tatem,

tatem. Est enim conversari idem, quod unà vivere, seu cum aliquò versari & vivere in societate ac familiaritate. Patet hoc ex illò *Quintiliani* Lib. I. Infit. Orat. c. 2. ubi ita: *Non tutior inter Servos malos, quàm ingenuos parùm modestos conversatio est.* Et ex illò *Seneca* Epist. VI. ad Luc. *Nulla res magis animos honestos & in pravam inclinabiles revocat ad rectum, quàm bonorum conversatio.* Hinc etiam conversari in Aulà, in Academia, in Forò, nihil aliud est, quàm inter Aulicos, vel Academicos, vel Forenses homines vivere, eorundemq; consuetudine uti. Præterea Paulus in antecedaneis verbis, Timotheo atq; aliis Episcopis, Diaconis & Ministris Dei, tales præscribit Canones, quos non tantum in templò, & sacrò Cœtùs fidelium locò, sed ubivis, & domi & in quòvis conventu ipsos observare deceret, veluti, quando v. 2. 3. & 4. requirit, ut Episcopus sit ἀνεπίπλεπτος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ, νηφάλιος, σώφρων, φιλόξενος, διδασκλικός, μὴ πάροικος, μὴ πλήκτης, ἔἰδὸς οἴκου καλῶς προϊστάμενος, τέκνα ἔχων ἐν ἰποβίῃ μετὰ πάσης σεμνότητιος &c. i. e. irreprehensibilis, unius uxoris vir, sobrius, prudens, hospitālis, aptus ad docendum, non vinosus, non percussor, qui suæ domui benè præsit, qui filios habeat in subiectione cum omni honestate, & quæ sunt alia. His familia & Diaconis præcipit vs. 8. 9. 10. & seqq. Non intelligit igitur per Ἐκκλησίαν Templum vel Ædem sacram, sed potius ipsam fidelium congregationem & conventum. Quid, quod nec subsequētia verba, ubi Apostolus Ecclesiam hanc σύλον ἡ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας vocat, de tali locò & lateritità seu lapideâ domò intelligi possunt, ut ex infra dicendis clariùs elucefcet. Ulteriùs nec *synecdochicè*, vel pro solis Doctoribus & Pastoribus, vel pro solis auditoribus, Ἐκ-

κλη-

κλησίας vocem Paulus h. l. accipit, id quod satis evincunt modò enumerata & reliqua illa tum Episcopi tum Diaconorum requisita, quæ, quod ab ipsis non tantum erga discipulos & Auditores, sed & alios docentes atq; Collegas observanda sint, extra dubitationis aleam positum est. Nam, ut unum saltem attingamus, vult Apostolus, ut Episcopus sit ἀνεπίλητος, irreprehensibilis, quam vocem Theophylactus Comment. in h. l. p. m. 763. ita interpretatur: Δεῖ ἐν τῷ ἐπίσκοπῳ ἀνεπίλητον εἶναι. Ταῦτα ἐστὶν πᾶσαν ἀρετὴν ἔχοντα, ὡς μήτε ἄλλοις ἀντι, μήτε αὐτῷ ἐπιλαμβάνεσθαι. -- τὸν δὲ ἀρχόντα φωνήσασθαι δεῖ εἶναι, ὡς ἐπὶ αὐτὸν πᾶσις ὄρωντας φωτίζεσθαι ἢ ὀδηγεῖσθαι. Oportet igitur Episcopum esse irreprehensibilem. Hoc est, omni virtute conspicuum, ut neque illum alij, neque ipse seipsum reprehendat. -- Illum enim, qui aliis præest, veluti stellam esse oportet, ad omnes in ipsum intuentes illuminandum & dirigendum. Similia habet Chrysostomus Homil. X. in h. l. col. m. 463. D. Tom. VI. Oper. in N. T. Præest autem Episcopus non tantum gregi discipulorum, sed & aliis Doctoribus, Pastoribus atq; Ministris Ecclesiasticis, quorum inspectio ipsi demandata, & in quorum doctrinam, vitam ac mores, ipsi frequenter inquirendum. Vid. B. Gerhardus in Loc. de Ministr. Ecclesiast. c. 1. §. 27. Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse in Ecclesia, id est in cœtu fidelium tam discipulorum quam docentium, cui ipse tanquam Episcopus est præpositus. Ex his evidens est, quod Paulus vocem ἐκκλησίας h. l. non usurpaverit Synecdochicè, sed propriè, pro totò fidelium cœtu, ex Pastoribus & ovis constante. Id quod magis adhuc elucescit ex Epithetis illis, quæ Apostolus nostris in verbis Ecclesiæ tribuit, dum eandem vocat οἶκον ἁγίου καὶ καταγωγῆς

D. U. I.

C 2

DEL.

DEI, ubi Deus gratiâ suâ per verbum habitat, juxta Joh. IV. 23. Habitat autem Deus per verbum non tantum in cordibus fidelium auditorum, sed & Doctorum atq; Pastorum, uti patet ex Matth. X. 20. I. ad Corinth c. II. v. 13. Coloss. IV. 3. 4. Insuper hanc Ecclesiam dicit *σύλον καὶ ἐδραΐωμα τῆς ἀληθείας*; Ast verò cœlestis doctrinæ veritas non tantum firmata atque stabilita manet in auditoribus & discipulis, qui eandem in corde bono atque optimo retinent, & fructum afferunt in patientiâ, sed vel maximè obfirmata custoditur & retinetur ab Orthodoxis Doctoribus, quum, teste Paulô Rom. X. 17. *fides sit ex auditu, auditus verò ex verbò Dei*, cujus prædicatione cœlestis illa Veritas ab illis in cordibus audientium & proplanta- tur & conservatur, & defenditur. Intelligit igitur Divus Paulus h. l. per *Ἐκκλησίαν* totam fidelium, tam Do- centium quàm discipulorum congregationem atq; Socie- tatem. Atque in hoc etiam, quantum scimus, omnes ferè Interpretes consentiunt. Utrum verò Apostolus h. l. particularem aliquam Ecclesiam, nempe Ephesi- nam, vel Asianam, cujus Ephesus, ubi Timotheus à Paulo constitutus erat Episcopus, Metropolis fuit, an verò Catholicam Ecclesiam sive Cœtum verè Fidelium per univèrsam Terrarum Orbem dispersum, intelligat, non omnium eadem est sententia, plerisque priorem, aliis posteriorem amplectentibus. Atque posteriori quidem sententiæ nominatim subscribit ex Patribus *Theodoretus*, dum in Comment. suo ad h. l. p. m. 477. indefinitè dicit, Paulum hęc Ecclesiam appellare *τὸν σύλ- λογον τῶν πεπιστευκότων*, i. e. *cœtum credentium*; severè quoque eandem inculcat *Jacobus Gothofredus*, Gallus, J. U. D.

J. U. D. & Reipubl. Genevens. Senator, in egregiâ super hunc locum exercitatione, quæ reperitur Tom.V. Criticor. Sacror. nuper anno 1695. Francof. ad Mœn. excusorum col. 225. Nos mediam viam eligentes, cum Clariss. illô Anglô *Heinr. Hammondô* Philos. Magist. post Theolog. Doctore & Physices Profess. Oxoniensi, in notis ad h. l. asserimus, quod Paulus quidem hõc locõ præcipuè de Ecclesiâ aliquâ particulari, nimirum Ephesinâ, loquatur, ita tamen, ut prædicata illa, quæ hîc de Ecclesiâ Ephesinâ enunciat, non minus verè & propriè cuilibet particulari Orthodoxæ, ac Catholicæ Ecclesiæ congruant. Neque enim particularis orthodoxa Ecclesia à Catholica naturâ suâ atque essentialibus proprietatibus differt, sed tantum λόγῳ atque considerandi modò. Atque hinc etiam factum esse putamus, ut hic Locus à B. Gerhardò, Schmidîò, aliisque celeberrimis Theologis, modò de universali, modò de particulari Ephesinâ Ecclesiâ fuerit explicatus. *Cum Ecclesia universalis, per totum orbem diffusa, nonnisi in partibus suis, h. e. particularibus Ecclesiis visibilis sit, sicut etiam ministri ejus post Apostolos ad certas Ecclesias particulares vocantur. Idèd hoc prædicatum (conversatio) ad particulares Ecclesias pertinet, & de universali Ecclesiâ enunciat, quatenus illa in particularibus Ecclesiis subsistit. Exemplum particularis Ecclesiæ Ephesinæ, in quâ Timotheus Episcopus erat, nosse textus ipse indicat, sunt verba Sebast. Schmidij, Doct. Theolog. & Profess. Argentoratensis in Colleg. Biblicò Pöster. Loc. XVI. Dict. II. quod est desumptum ex I. ad Tim. III. 15. §. 6. p. 299.*

§. IX.

Quantum itaque ex hætenus dictis constat, lo-

quitur Apostolus Paulus in præfenti nostrò locò tam de particulari, quàm de universali Ecclesiâ, & de hâc tria potissimum prædicata assert: Nempe (1.) quod sit οἶκος & οὐρα. (2.) οὐρα & οὐρα. (3.) οὐρα & οὐρα. Singula ordine perlustrabimus. Quod igitur primum concernit, quivis facillè perspicit, tropicum loquendi modum verbis ἐν οἴκῳ οὐρα inesse. Equidem haud rarò οἶκος vel etiam cum addito οἶκος & οὐρα in Sacris N. T. Literis Templum dicitur, seu Locus, ubi Deus adoratur, ejusque Sacra peraguntur, veluti apparet ex Matth. XXI. 13. Luc. XIX. 46. Joh. II. 17. Act. VII. 49. Matth. XII. 4. Marc. II. 26. Luc. VI. 4. & aliis locis quamplurimis; idque propterea, quoniam quemadmodum Domus propriè dicitur ædificium, ad habitandum factum, ita Templum ille est Locus, ubi DEUS, qui licèt aliàs per naturam suam ubique præfens sit & habitet, præcipuè suò verbò, suis Sacramentis, præfentiâ sui Spiritûs, suisque donis & gratiæ communicatione habitat. Insuper & in V. T. hujusmodi Tempia atque loca Deo sancta sæpissimè titulò hõcce insignita leguntur. Ita Jacob Patriarcha, postquam locum illum, in quò Scalam de terrâ ad cælum usque pertingentem, Angelosque Dei per eam ascendentes & descendentes viderat, Deoque dedicaverat, vocavit eum בית οἴκου οὐρα, uti ο transfulère Gen. XXVIII. v. 17. Pariter & Moses Israëlitis mandatum de primitiis Deo offerendis tradens: *primitias*, inquit, *primitivorum terræ tue adduces* בית ה'תורה אלהיך quæ Septuaginta ita ad verbum reddidère: εἰς τὸν οἶκον κυρίου & οὐρα σου, in *Domum Domini Dei tui*, i. e. in Templum five Tabernaculum & locum Deo sacrum. Exod. XXIII. 19. De

Samuele Prophetâ legimus, I. Sam. I. 24. quod ipsum mater ejus adduxerit של בית יהוה *in Domum Domini Silob.* Jubet Ecclesiastes, ut custodiamus pedem nostrum, si quando tendimus אל בית האלהים *eis δίκον Θεῶν, ad Domum Dei, i. e. in templum c. IV. 17.* Passim quoque David in Libro Psalmoreum Templum Domini בית יהוה nuncupavit, quod Septuaginta semper translere per δίκον & Θεῶν, veluti Psalm. LI. 8. LIV. 15. LXXXIII. 11. CXXXIII. 2. & alibi. Conf. *Conrad. Kircheri Concordant. V. T. Græcas, Ebræis vocibus respondententes, Francof. 1607. in Q. editas, sub voce בית & δίκον* Part. I. p. 702. ubi hujusmodi loca perquam multa ex versione τῶν ὀ adducuntur. Apud Ecclesiasticos quoque Scriptorum passim ὁ δίκον de Templō intelligitur; ita namque *Concilium Gangrense Can. V. Ἐπιτομή δὲ δίδασκει τὸν δίκον τῶν Θεῶν εὐκατάφρονητον εἶναι, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ συναζέας, ἀνάθεμα ἔστω. Si quis Domum Dei contemnendam esse, & conventus, qui in eâ celebrantur, anathema sit.* Similiter & *Zeno Veronenfis tempore Galieni Imperatoris clarus Serm. in Psalm. CXXVI. Conventus quidem Ecclesiarum, inquit, quos ad secretam Sacramentorum Religionem adificiorum septia claudunt, consuetudo nostrâ DOMUM DEI solita est appellare.* Denique etiam *Eusebius Lib. VIII. H. E. cap. ult. p. m. 316. C. Tempia vocat οἶκος ἐν οἷς συναγοῦντο οἱ Χριστιανοί, Domos, in quas conveniebant Christiani.* Nihilominus tamen sapius quoque ὁ δίκον in S. Scripturâ per *Metonymiam, pro familiâ, seu personis in domo viventibus* fumitur, uti patet ex *Luc. I. 27. Act. II. 36. VII. 10. XI. 14. XVI. 31. XVIII. 8. II. Timoth. I. 16. IV. 19. Hebr. VIII. 8. XI. 7. & aliis locis.* Nec profanis Scriptoribus Græcis hoc inusitatum fuisse, δίκον pro οἶκος usur-

usurpare, testes sunt *Thucydides* Lib. I. de Bell. Pelopon. cap. 22. n. 8. ubi Xerxis familiam *οικον* appellat; & *Demosthenes* Orat. contra Macartatum p. m. 1030. D. *καὶ ἐγένοντο πέντε οἰκοὶ ἐκ τῆς βασιλείας οὐκείας. Factæq. sunt ex unâ Busseli quinq. familiae*; nec non *Athenæus* L. XIII. Deipnosoph. c. I. p. m. 560. C. *ἀνελεῖσθαι ἔσαν ἧ, inquit, καὶ ὅλοι οἰκοὶ ἀπὸ γυναικῶν*, quæ *Jacobus Dalechampius* sic transtulit: *Fam. verò universe familie atque Domus fœminarum causâ labefactate sunt.* Hinc *οικονομία* *Aristoteli* Lib. I. Polit. cap. 12. *Plutarcho* in *Lycurgo*; *Quintiliano* Lib. III. Institut. Orat. c. 3. *Hesychio* & aliis, administratio atque gubernatio Familix, vel potestas, quâ vir uxori & Liberis & toti Familix præest, vel cura & dispensatio rei familiaris dicitur. Et *οικονόμος* is est, qui omnia dispensat, rei familiaris dispensator, seu rerum ad Domum pertinentium administrator. Vid. *Henr. Stephanum* Tom. II. Thesauri col. 1202. 1205. & seqq. *Quin. & Romanos* Scriptores *Domum* pro *familiâ* frequenter usurpasse animadvertimus. Ita namque *Virgilius* Lib. II. *Æneid.* v. 702.

Di Patrij servate Domum, servate Nepotem.

Et *Alexand. M.* apud *Justinum* Lib. XII. c. 15. indubitatam mortem sentiens, agnoscere se fatum *Domus* suæ ait, i. e. Regiæ familix. Apud *Svetonium* quoque Lib. II. in vitâ *Augusti*, n. 25. *Domus* *Majestas* pro familix imperatrice ponitur. Vid. *Tacitus* Lib. I. Annal. n. 4. p. m. 14. Denique & apud nos *Germanos* in hac significatione dicere solemus, *das Haus Oesterreich*; *das Haus Brandenburg* &c. Pari jam ratione & nosse *Apostolus* h. l. per *Metonymiam Subjecti* Ecclesiam sive Cœtum fidelium *οικον* τῆς ἐκκλῆς vocare voluit; id quod etiam

etiam aliò in locò ab ipsò factum esse legimus. Quandocunque enim in Epistola ad Hebr. c. III. demonstrare vult, quantò inferior sit Moses ipsò Christò, comparationem aliquam instituit atq; ostendit, eos quidem inter se similes esse in eò, quòd uterq; præfectus fuerit Domui Dei & fideliter opus suum peregerit, mox tamen declarat, quanta de cæterò illam similitudinem imparitas intercedat, ac inter alia v. 5. & 6. hæc subdit: καὶ μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτῆς, ὡς θεράπων, εἰς ματαίωλον τῶν λαληθησομένων. Χριστὸς ἢ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτῆς· οὐ διὰ τοῦτο ἐσμὲν ἡμεῖς, εἰὰν ᾤσῃ τὴν παρρησίαν καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος· μέχρι τέλους βέβαια καταχωμεν. Et Moses quidem fidelis erat in toto domo ejus, tanquam famulus, in testimonium eorum, que dicenda erant: Christus verò tanquam filius in domo sua: QUÆ DOMUS SUMUS NOS, si fiduciam & gloriam spei usq; ad finem firmam retineamus. Petrus quoque Apostolus hæc ratione Ecclesiam Christi, Domum vocat, quando I. Epist. IV. 17. ita loquitur: ὁ καιρὸς ἔστιν ἀρχαῖς τὸ κῆμα ἀπὸ τοῦ οἴκου τῆς Θεοῦ. Tempus est, ut incipiat Judicium à Domo Dei. Si autem primum à nobis: quis finis eorum erit, qui non credunt Dei Evangelio? Hinc Anselmus Cantuariens. Tom. II. Oper. Comment. in I. Timoth. III. 15. p. m. 357. B. expositurus, quid Apostolus h. l. per Domum Dei intelligat, Domus, inquit, in qua DEUS habitat, Ecclesia est ex multis collecta fidelibus, qui variis modis sunt docendi.

§. X.

Ad hæc insignis quoque *Metaphora* in hisce Pauli verbis occurrit, quæ etiam in aliis Scripturæ Locis quàm plurimis fundata atque explicata reperitur. Innotitur Domus certo fundamento, super quod è lignò,
 D la-

lapidibus, aliisque materiis, ritè & probè inter se compactis & coagmentatis, firmiter ædificata perficit: Ecclesia, quæ est *Domus Dei spiritualis*, itidem firmissimò atque immotò gaudet fundamentò, quod est Christus, juxta Rom. XV. 20. & I. Corinth. III. 11. qui etiam hujus fundamenti λίθὸς ἀκρογωνιαίῳ i. e. infimus lapis angularis, qui totum ædificium sustinet, dicitur. Eph. II. 20. I. Pet. II. 6. ac insuper ἱερεὺς μέγας Ἰησοῦς τὸν ὄντων τῶ Θεῷ *Sacerdos magnus super Domum Dei* Hebr. X. 21. Lapidès & Ligna, seu materia, ex quâ spiritualis hæc Domus est ædificata, sunt fideles Christiani, qui propterea à Paulo vocantur οἰκῆται τῶ Θεοῦ. *Ἐποικοδομηθέντες, Ἰησοῦ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. Domestici Dei: super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Ephes. II. 19. 20. Nec non à Petrò λίθοι ζῶντες, οἰκῆ πνευμαλικῶς *Lapides vivi Domus spiritualis* I. Epist. II. 5. Et à Davide, Πιῖ dicuntur יַעֲוֹתַי עַל צִיָּוֹן גִּבְלוֹן *ξύλον πεφυτευμένον ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων. Lignum plantatum super rivus aquarum.* Psal. I. 3. Hi Lapidès atque Ligna mystica, Lege Mosis dolata, per crucem & afflictionem polita, Christo, seu Doctrinæ de Christo, tanquam Fundamento suo congruenter superstructa, compinguntur atq̄ ferruminantur inter se, per unitatem Spiritûs & Fidei atque vinculum Pacis & Charitatis Ephes. IV. 3. 4. Coloss. III. 14. Atque ita Templum sanctum Domino, seu Domum Dei spiritua-lem constituunt Ephes. II. 21. quam nec portæ Inferorum superare valent, juxta promissionem Salvatoris Matth. XVI. 18. Quemadmodum autem Domus se ipsam non ædificat, sed ab aliò, nempe Architectò & operariis per certa organa & instrumenta ædificatur; ita

ita quoque nec Ecclesia, Domus hæc spiritualis Dei, à se ipsâ cœpit, sed Deum, tanquam supremum architectum habet Autorem, qui sibi eandem tempore N. T. collegit & ædificavit ex omni Natione, quæ sub cœlò est, Act. II. 5. idque ministeriò Apostolorum aliorumq; Ecclesiæ Ministrorum. Postquam enim Christus ad dexteram Patris exaltatus fuit, *dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas; alios verò Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores.* Πρὸς τὸν καταρκτισμὸν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τῆς σῶμας τῆς Χριστοῦ. *Ad coagmentationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi, docente Paulò Ephes. IV. v. 11. 12.* Hi Domum hancce Dei Spiritualem per universum Terrarum Orbem prædicatione Evangelii exstruxerunt, quò sensu etiam בנין *ædificantes* Ps. CXVIII. 22. & Matth. XXI. 42. οἰκοδομῆντες dicuntur. Sicuti apud Athenienses Cœtus Civium, Magistratûs jussu, Præcones convocabant; ita quoque hi Ministri Ecclesiæ cœtum ad constituendam Dei domum præconiò verbi ex totò Orbe convocârunt Rom. X. 18. Quò sensu etiam vocantur κήρυκες i. e. *Præcones* I. Timoth. II. v. 7. II. Timoth. I. 11. II. Pet. II. 5. & Evangelii prædicatione κήρυγμα five *præconium* nuncupatur Rom. XVI. v. 25. I. Corinth. I. 21, II. 4. Tit. I. 3. Pulchrè hæc omnia exprimit Paulus I. Corinth. III. 9. 10. 11. Θεῶν γὰρ ἐσμεν συνεργοί· Θεὸς γὰρ οἰκοδομῆν ἐστὶ· Κατὰ τὴν χάριν τῆς δοθείσης μοι, ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον πέδικα, ἀλλ' ἢ ἐποικοδομεῖ· ἕκαστος δὲ βλέπειτω πῶς ἐποικοδομεῖ. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι πλὴν τοῦ κείμενου ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. *Dei enim sumus adjutores, Dei agricultura, Dei ædificium estis. Secundùm gratiam Dei, quæ*

data est mihi, ut sapiens Architectus fundamentum posui: Alius autem superædificat. Unusquisque autem videat, quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Jesus Christus. Imò fuere Apostoli & cæteri Doctores non tantum Ædificatores Domus hujus Dei spiritualis ministeriales, sed etiam in eadem Δικονόμοι μυστηρίων Θεῶν, Dispensatores mysteriorum Dei existere, juxta I. Corinth. IV. 1. quò etiam titulò insigniuntur ad Titum I. 7. & I. Petr. IV. 10. Exstruitur Domus hunc in finem, ut sit habitaculum iis, qui eandem ut plurimum ædificari curârunt. Pariter & Deus in Ecclesiâ seu cœtu fidelium tanquam Domò suâ spirituali, præsentia gratiæ suæ habitat, quæ etiam hòc respectu κατοικήσειον τῆ Θεῶν ἐν πνεύματι habitaculum Dei in Spiritu vocatur, ad Ephes. II. 21. Et profectò quævis fidelis anima Templum Dei atque Spiritûs S. existit, juxta illud Pauli ὑμῶν τὰς δεῶν ἐστὶ τὸ ἱερόν. Vos Templum estis Dei viventis: Sicut dixit Deus, habitabo in eis & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. II. Corinth. VI. 16. Conf. Joh. XIV. 23. & I. Corinth. VI. 19. Subjungimus his verba Augustini in Enchiridio ad Laurent. c. LVI. quæ ita sonant: Rectus confessionis ordo poscebat, ut Trinitati subjungeretur Ecclesia, tanquam habitatori domus sua, & Deo Templum suum & Conditori Civitas sua. Tandem, ut breves simus, in Domò magna sunt vasa, non solùm aurea, sed etiam lignea & fictilia, quedam ad decus, quedam ad ignominiam, ut Apostolus iterum loquitur II. Timoth. II. 20. Sic etiam in Ecclesiâ cœtu, qui est Domus DEi, sunt mala mixta bonis, electis reprobi, atque bonis mali. Uti autem servus non manet in domò in æternum, sic etiam isti, qui servi sunt

sunt peccati, à Domô Dei aliquando ejicientur, quæ sunt verba Salvatoris Joh. VIII. 34. 35. Utuntur hâc Metaphorâ & S. Ecclesiæ Patres in suis Monumentis passim, eandemque egregiè illustrant, quorum tamen verba hûc transcribere omnia, pagellarum angustia vetat. Interim non possumus, quin pauca saltem ex his adducamus. Sic Lactantius Lib. IV. Div. Instit. c. XIII. p. m. 350. Edit. Oxon. ab annô 1684. in O. Ecclesiam vocat verum Templum Dei, quod non in parietibus est, sed in corde ac fide hominum, qui credunt in eum, ac vocantur fideles. Et cap. XIV. p. m. 351. testatur, quod Christus ex genere David corporaliter natus constituerit æternum Templum Deo, quod appellatur Ecclesia, ut universas Gentes ad religionem Dei veram convocaret. Hæc est Domus fidelis, hoc immortale Templum; in quò si quis non sacrificaverit, immortalitatis premium non habebit &c. &c. Nec non c. XXX. p. m. 408. Sola igitur, inquit, Catholica Ecclesia est, que verum cultum retinet. Hic est fons veritatis; hoc est domicilium fidei; hoc templum Dei, quò si quis non intraverit, vel à quo si quis exiverit, à spe vite ac salutis æternæ alienus est. Ulterius & Ambrosius Lib. II. in Luc. c. III. Ecclesiam domum viventium appellat, quam DEus edificavit in ipsò summo lapide angulari, Christo Jesu. &c. Chrysostomus Homil. X. in c. IV. Epist. ad Ephes. ex animabus nostris constructam domum. Augustinus denique Lib. XVII. de C. D. c. 12. Domum Dei & Templum Dei, de hominibus factum, non de lapidibus, ubi habitat in æternum populus cum Deo & in DEò suo, & Deus cum populo atque in populo suo. Conf. Bernhardus Serm. I. & II. in Dedicat. Eccles. p. m. 191. & seqq. & Serm. XCVIII. de Divers. p. m. 265. Tom. II. Oper. it. Serm. XLVI. in Cantic. p. m. 78. & seqq. Tom. III.

Oper. Edit. Paris. ab anno 1667. nec non B. *Chevnitius* in *Locis Theolog.* part. III. Loc. de Ecclesiâ c. 2. sub fin. p. m. 126. Atque hæc est insignis illa Metaphora, per quam Apostolus nostrò in locò Ecclesiam Novi Testamenti domum Dei vocare voluit:

§. XI.

Cùm verò in V. Testamento plerumque Tabernaculum Mosaicum & Templum Hierosolymitanum tam primum quàm secundum DOMUS DEI vocentur, veluti Exod. XXIII. 19. XXXIV. 26. Deuter. XXIII. 18. I. Reg. II. 36. III. 1. VIII. 13. II. Reg. XI. 3. 7. Jer. VII. 47. Esdr. I. 2. 3. II. 68. Nehem. VI. 10. Hagg. I. 2. 9. Zach. III. 7. & in *Locis* §. IX. citatis, specialiter verò & *אשׁף הַמִּקְדָּשׁ* locus ille sanctissimus tam in Tabernaculo, quàm in Templò Hierosolymitano, qui *sanctuarium* dicebatur בית קדש הקדשים I. Reg. VIII. 64. I. Chron. XXVIII. 10. XXIX. 3. II. Chron. III. 8. & VII. 7. quia ibi erat Arca, symbolum præsentix DEI. Vid. *Ravanelli Biblioth. Sacr.* sub voc. *Domus* Part. I. p. m. 813. & 814. Hinc communis hæc est Philologorum sententia, quod Ecclesia N. Testamenti Domus Dei appelletur, in respectu ad Tabernaculum, sive Templum Hierosolymitanum, præsertim cùm utrumq; illius typus fuerit, cui tanquam Anti-typus opponitur, id quod latè exponunt *Augustinus* Lib. VII. de C. D. c. 32. *Rupertus* Lib. IV. c. 13. *Gregorius M.* Lib. XXIX. Moral. c. 9. *Beda* Lib. de Tabernac. secund. c. VI. & VII. & ex iis B. *Gerhardus* in Loco de Ecclesiâ cap. III. §. 29. Plerique etiam Interpretum circa nostrum Locum hanc fovent opinionem, quod in illò Apostolus Ecclesiam N. Testamenti Tabernaculo seu Templo Veteris Testa-

stamenti opposuerit, & quemadmodum illud Domus Dei dictum fuerit, ita & hanc per antithesin eodem nomine vocaverit, ut nimirum Timotheum suum edoceret, quomodo ipsum conversari oporteat in Domo Dei, non quidem illâ Veteris Testamenti, Templô puta Hierosolymitanô, sed Novi Testamenti, quæ non arte facta, sed ab ipsô Deo è fidelibus tanquam lapidibus viventibus, ministeriô Apostolorum vel ædificanda, vel jam ædificata esset. Indigitant hanc interpretationem etiã nonnulli ex Patribus, veluti *Theophylactus* Comment. in h. l. p. m. 768. ubi ita ex Latinâ Versione loquitur: *Hic cum Templô Judaicò Ecclesiam confert, atque ait; Illud sanè figuras & umbras habebat, veluti tintinnabula & mala punicia & Pontificem cum victimis. Ecclesia autem est cætus veritatis: Omnia enim, que in eâ peraguntur, vera sunt, & nihil in eo est umbrosum, qualia sunt, que Lege sanciantur. Pro tintinnabulis enim clara predicatio: pro malis punicis vita est coronata, intus fructum habens. Porro Pontifex est Filius Dei: magnumque Sacrificium Divinum, ipse corpus. Et Oecumenius in I. ad Timoth. Tom. II. Oper. p. 227. Edit. Paris. ab annô 1631. in fol. *Hæc Domus, inquit, est Ecclesia Dei viventis; non sicut Judaicum Templum, sed Columna est & stabilimentum* τῆς ἀληθείας, ἡ ἐπιβεβαίωσις τῆς ἀληθείας h. e. firmamentum veritatis. Templum enim typicum erat veritatis stabilimentum. Quibus verbis indigitat Apostolum hæc phrasin ἐν οἴκῳ Θεοῦ ad Templum Hierosolymitanum respexisse.*

S. XII.

Veruntamen & Gentilium Deorum Ædes sive Tempa, Sacella, Delubra vel Sacraria, ubi eorum stabat imago, ab Ethnicis Scriptoribus passim ἱεροὶ θεῶν appellata fuisset, ex illorum Monumentis abundè constat.

Hinc

Hinc *Hesychius* in voce *Ναός* p. m. 659. *Ναός ἔνθα οἷα θεός*
πρεσβυτεύει). *Templum*, inquit, *est Domus, ubi DEUS adoratur.*
 Et *Varinus* in Lexicō, sub voce *βωμός* col. m. 196.
Ναός καὶ ἱερόν πάν τ' ἐνοδοῦμα, ὅφ' ἔσθ' ἐπιέχεται ὁ βω-
μός. Erant autem apud Græcos varii ejusmodi *ἄλκοι*
 atque *Tempia*, eaque magnifica, & inprimis quidem
 Ephesi, illud Dianæ, quod omnia hominum opera
 magnitudine superasse dicitur *Pausania* in *Messenica*. seu
 Lib. IV. Græc. c. 31. p. m. 357. Edit. Lipf. Græco-Lat.
 ab annō 1696. in fol. cujusque mentio fit Act. XIX,
 24. 27. quodque præter alios *Aristophanes* præprimis
ἄλκον vocat in *Nubibus* Actu I. Scen. VI. p. 123. Edit.
 Lugd. Batav. ab annō 1624 in D. Hujus Magnificen-
 tiam integris quondam descripserunt *Libris Democritus*
Ephesius, *Ctesiphon* & *Metagenes*, teste *Athenæo* Lib. XII.
Deipnosoph. c. V. p. m. 525. D. & *Vitruvius* Lib. X. *Ar-*
chitect. c. 6. quos tamen amplius non habemus, ex iis
 autem, quos adhuc possidemus, *Templi* hujus miran-
 dam structuram delineârunt, *Plinius* Lib. XVI. H. N.
 c. 40. & Lib. XXXVI. c. 14. ipse quoque *Vitruvius* l. c.
Hospiñianus Lib. I. de Orig. *Templor.* c. 6. p. m. 35. 36.
Natalis Comes Lib. III. *Mythol.* c. 18. p. m. 267. & alii.
 Tandem ab *Herostratō* virō Ephesiō, incensum fuit, hōc
 sine, ut hâc ratione cum ingenii præstantiâ non possēt,
 sibi perpetuitatem nominis compararet augustissimi
Templi incendiō, ceu testantur *Valerius Maximus* Lib.
 VIII. c. 14. in externis n. 5. *Strabo* Lib. XIV. *Geogr.*
 n. 3. p. m. 738. Edit. Basil. Græc. Latin. ab annō 1571
 in fol. & *Philipp. Camerarius* in *Horis* subciv. Centur. I.
 c. 7. p. m. 33. Post hoc Ephesinum Dianæ *Templum*
 maximè apud Græcos claruit, illud Eleusinium *Sacel-*
 lum,

lum, cujus Majestatem Aristides peculiari oratione prolixè laudat. Nimirum fuit Eleusin, *Svidà* teste sub voce *Ἐλευσίνια*, Tom. I. Oper. p. m. 877. B. Atticæ Civitas ab *Eleusinio*, *Mercurij filio*, sic denominata; in quâ Rex Celeus in honorem Cereris atque Proserpinæ & Templum & Sacra instituisse perhibetur, quæ ab urbe istâ Eleusinia dicta fuere. Rem totam breviter sequentibus enarrat verbis *Servius*, in Virgillii Lib. I. Georg. *Eleusin*, inquit; *civitas est Atticæ Provinciæ, non longè Athenis: in quâ cum regnaret Celeus, & Cererem, quaerentem filiam Proserpinam, à Plutone raptam dum flores legeret, liberalissimè hospitio excepisset, illa pro munere ostendit ei omne genus agriculturae, filium etiam ejus Triptoleum, recens natum, per diem lacte divinò nutritum: & alatis cum Draconibus superpositum, per totum Orbem misit, ad usum frumentorum hominibus indicandum; Ille contra, ut gratum se ac memorem tanti beneficii accepti præberet, Templum ei Eleusine extruxit, & hæc Sacra instituit.* Vid. *Diodor. Siculus* Lib. V. Biblioth. c. 3. 4. & 5. & *Natalis Comes* Lib. V. Mythologiæ c. 14. p. m. 508. & seqq. Mentionem quoque faciunt horum Sacrorum Eleusiniarum SS. Ecclesiæ Patres, veluti *Clemens Alexandrinus* in Admonit. ad Gent. p. m. 13. Edit. Colon. Græc. Latin. ab annò 1688. in fol. *Arnobius* Lib. V. advers. Gentes p. m. 173. & seqq. Edit. Lugd. Batav. cum N. V. ab annò 1651. in Q. & alibi. Prolixè verò de iis olim *Melambius* quidam commentatus fuit, teste *Atheneò* Lib. VII. Deipnosoph. c. XXI. p. m. 325. C. & superiori Seculò Joh. *Mewsius* in Libro cui Titulus: ELEUSINIA, Lugd. Batav. annò 1619. in Q. editò. De cæterò quod hæc Sacra apud

E

Græ-

Græcos Augustissima, & ab iis maximâ cum veneratione celebrata fuerint, testis est Cicero Lib. I. de Nat. Deorum n. 35. p. m. 212. Tom. IV. Oper. Edit. Lugd. ab anno 1577. in fol. & Galenus Lib. XVII. de usu partium; unde & μυσήσια nuncupabantur, τὰ γὰρ μυσήσια πασῶν τιμωτάτη τελετή. *Mysteria autem sunt omnium honoratissima festiuitas*, docente Aristotele Lib. II. Rhetor. c. 24. μυσήσιον ἔστιν ἀρρήθον σέβας καὶ τὸ ἀπόρρητον inquit Varinus in Lexico col. m. 1284. h. e. *Mysterium est cultus latens, arcanus & ineffabilis*, quem effari & in vulgus spargere non licet. Conf. Suidas in voce μυσήσια Tom. II. Oper. p. m. 198. Imò tam religiosè celebrabantur, ut istis diebus non licitum esset, πέναι ἰετησίαν i. e. libellum supplicem offerre, ut dicit Andocides Atheniensis, unus ex X. Oratoribus Græciæ antiquissimis Orat. I. quæ est περὶ τῶν μυσησίων. Testatur insuper Pausanias in Atticis s. Lib. I. Græciæ, quod horum mysteriorum s. arcanorum aspectu, non tantum iis, qui initiati non fuissent, prorsus interdictum, verum etiam ne percontari quicquam de iis vel audire, fas fuerit; dicitque se somniò fuisse prohibitum, ne ea explicaret. Verba ejus videtis l. c. cap. 38. p. m. 93. Hinc ne quis divulgaret hæc mysteria, cautum erat hæc lege: τὸν ἐξαπόντα τὰ μυσήσια πεινάσει. *Qui mysteria vulgaverit, capite luat*, cujus meminit Sopater in divisione quæstionis. Et hæc causa quoque fuit, ob quam Diagoras Melius, quod ea divulgasset, plebique extenuasset, ab Atheniensibus proscriptus est, ac propositum Talentum unum illi, qui eum interfecisset, duo, qui vivum adduxisset, ceu testantur Aristophanes in Avibus p. m. 573. & Suidas in

in

in Lexico, sub voce Διαγόρας ὁ Μήλιος Tom. I. Oper. p. m. 689. D. Ita Æschylus quoque in vitæ discrimen devenit, cum in Tragœdiâ nonnulla, quæ ad hæc mysteria pertinebant, evulgâsse crederetur, referentibus *Clemente Alexandrinò* Lib. II. Stromat. p. m. 387. A. B. & *Eustrathiò* Comment. in c. I. Lib. III. Ethic. Aristotelis ad Nicomach. In hunc etiam finem, ut tacerentur hæc μυστήρια, si quoddam iudicium de rebus ad mysteria hæc pertinentibus esset habendum, à cancellis Fori funibus arcebantur, ne iudicio interessent, qui non essent Eoptæ seu Initiati, quâ de re legi meretur *Julius Pollux* Lib. VIII. Onomast. cap. 12. Ex his satis, quantum puto, elucescit, quanti hæc Sacra seu mysteria Eleusinia apud Græcos æstimata fuerint, illicò etiam patescit, quàm celebre atque sacrum Templum apud ipsos Eleusinium istud Sacellum seu Delubrum exstiterit, in quò hæc Sacra fuere peracta. Appellatur autem illud ab *Aristide* in Oratione Eleusiniâ οἶκον; à *Dione Chrysostomò* Orat. XII. οἶκον μυσικόν; ab *Arriano* Lib. III. in Epictetum cap. 21. οἶκημα; ab *Aristophane* in Nubibus Act. I. Scen. IV. p. m. 101. μυστοδοκὸν δόμον.

§. XIII.

Hiscæ prænotatis, nihil jam prohibet, quò minus explicationem, quam *Jacobus Gothofredus* Exercitat. supra §. VIII. citat. col. 823. huic nostro loco, ex κειμένη λέξει ejus temporis, assignat, quæque ipsò edifferente, à nemine hæctenus animadversa vel notata

tata fuit, tanquam probabilem admittamus. Nimirum negari nequit, Salvatorem nostrum, ut se captui eorum, quos inter versabatur, quosque docebat, accommodaret, communi & usitatô Doctoribus Judaicis loquendi modô, sapius usum esse. Id ipsum enim variis exemplis ex Matth. VII. 12. XII. 32. XIX. 24. &c. &c. comprobari posset, nisi insignem hóc in argumentô jam præstitissent operam alii, imprimis *Theod. Hackspan*, Profess. Altorf. Tract. de Scriptor. Judaicor. usu in Theolog. adjunctô Editioni Nizachon R. Lipmanni cap. III. sect. 2, & *Christ. Cartwright*, Anglus in Præfat. Elector. Targumico-Rabinic. in Genes. Nec aliud loquuntur & demonstrant doctissima *Lightfooti* & celeberrima D. *Wagenheilij* Scripta, quàm hoc, plurima Vet. & N. Testamenti loca ex moribus, placitis & sententiis veterum Judæorum insigniter illustrari. Salvatorem suum atque Magistrum hóc etiam in passu secuti sunt Apostoli & cæteri ejus discipuli, quos itidem eas partim voces usurpasse, ad ea partim alluisse, quæ in mediô posita, seu ipsorum oculis exposita erant, & inter quæ quotidie versabantur, atque hinc plurima ex mediô vulgi sermone rebusque humanis ad divina transtulisse, extra dubium est. *Multa sunt in Novo Testamentô, in quibus sacri Scriptores tacite alludunt ad ea, quæ sunt in Veteri; multa item, in quibus tum Christus, tum ejus Apostoli respexerunt ad mores, placita, dogmata, usum, consuetudinem, sententias, proverbia, parabolas, gnomas veterum sui temporis Ju-
dæor.*

daorum, inter quos vixerunt & docuerunt, unde fit, ut in his lux non contemnenda elici & educi possit ex illorum scriptis & antiquioribus monumentis, ad horum illustrationem & veritatem declarationem & explicationem, inquit Ludovicus Capellus in Præfat. Spicilegii. Præprimis verò Paulus, Divus ille Gentium Doctor, cum inter Græcos, versaretur, Scriptis suis quandoque non tantum voces Græcæ superstitionis meliores in usum transfudit, sed ad ea quoque respexit, quæ ibi locorum omnium maxime celebrabantur atque agitantur, ubi vel Ipse morabatur, vel ii, ad quos Ipse scribebat, consistebant. Ac speciatim quidem ad mores, ritus atque ceremonias eorum, inter quos docebat, passim attendit; ut ita translatis inde allusionibus tacitisque antithesibus, quasi in re præsentis Arcana fidei Christianæ ac legitimæ conversationis, oculis fidelium, qui è Gentilismo ad Christianam accesserant fidem, quales inter cæteros & Athenienses, atque Ephesii erant, subjiceret; vel etiam, ut à pravis moribus ritibusque falsis ad veritatem seu verum Dei cultum, mysteriumque pietatis & Evangelii, mores denique sanctiores, cæteros, qui adhuc in gentilismo hærebant infideles, hęc docendi genere piã quãdam quasi ψυχωγία traduceret. Exemplò nobis esse potest Ara illa Athenis, cum hęc inscriptione: Ἄγνωστο θεῷ, IGNOTO DEO, posita, cujus ignoti Dei etiam meminit quidam Philopatri inter Luciani Scripta Tom. II. p. m. 769. Edit. Amstelod. Græco-Latin. ab annò 1687. in O.

Plurimarum quoque Ararum Diis ignotis sacrarum mentionem facit *Pausanias* in Atticis c. I, p. m. 4. Hæc cum se fortè Apostolo nostro Athenis obambulanti, obtulissent, illicò & inscriptionem scitè in fidei torfit argumentum, & ex Arâ verum DEum Atheniensibus prædicandi sumpsit occasionem, ceu legimus Actor. XVII, 22. 23. & seqq. Et hujusmodi exemplis plenæ sunt omnes Pauli Epistolæ, uti enim *Erasm. Schmidius* in Act. XV. 22. *Petrus Faber* in suis Agonistic. *Dilberrus* Tom. I. Dispp. Academicar. in I. ad Corinth. IX, 24. p. 254. *D. Holsworth* in suis Prælect. Theolog. Lect. VI. & *Hammondus* in Annot. suis ad N. T., referente *Edward. Leigh* in præfat. ad Supplementum Criticæ Sacræ N. Testamenti, prolixè ostendunt, utitur Apostolus in suis Epistolis frequenter vocabulis agonisticis & gymnasticis, similitudinesque desumit à Cursoribus in stadiò, à Pugillatoribus, à Coronis & præmiis vincientium in certaminibus Græcorum, ab Isthmiis & aliis Ludis, Corinthi, Athenis, alibique in Græciâ celebratis, eademque omnia, prudenter in sacrum Christianorum transfert usum.

§. XIV.

Ad hunc pariter characterem, modumque loquendi factum esse putat *Clar. Gothofredus*, quod Apostolus *κειμένην λέγειν* secutus, uti totò hòc locò, ad Gentilium Sacra, ita quoque præcipuè Metaphorâ hâc de Domò Dei, perpetuâ allusione tacitâque *ἀνὰ θεοῦ* non promiscuè tantum ad Tempia Gentilium, quæ per Græciam Asiamque erant, ac ipsis *ἱεροῖ θεῶν* vocabantur, respexit;

rit; verum nominatim etiam ad Sacellum Eleusinium in Atticâ, ubi Paulus tum, cum hæc scriberet, confitebatur, vel etiam Ephesinæ urbis Templum, quâ in urbe Timotheus tum temporis morabatur. Utraque verò Tempa apud Græcos & magnò in pretiò & in specie *ἱεροῦ* dicta fuisse, ex præcedentibus constat. Huc igitur Paulum hæc suâ Metaphorâ respexisse, atque *ἱεροῖς τῶν ἔθνων* s. Templis Ethnicorum Ecclesiam suam, tanquam *ἱερὸν ἔθνος* spirituale, tacitâ quâdam *ἀντιθέσει* opposuisse, probabile existit; præsertim cum idem Apostolus eadem *ἀντιθέσει* etiam aliò in locò utatur, nimirum II. Corinth. VI. 16. ubi quærit: *τίς ἡ συγκοινωνία τοῦ ἱεροῦ μετὰ εἰδώλων;* quis autem consensus Templi Dei cum Idolis? Urget tandem Clar. *Gotthofredus συνάφειαν* Textûs, quæ ex hæc suâ interpretatione clarissimè elucescit. Sicuti enim in antecedentibus D. Paulus nonnulla Episcoporum & Diaconorum officia descripserat, à mysteriis Eleusiniis diversa; ita quoque in nostris verbis Ecclesiæ Dei *μεγαλειότητι* representaturus, continuâ allusione tacitâque *ἀντιθέσει* ad Tempa illa, in totâ Græciâ omnium celeberrima, Eleusinium puta, vel Ephesinum respicit; ac in subsequens verbis, ubi de *ὁμολογηθέντος μεγάλῃ τῆς εὐσεβείας* loquitur *μυστήρια* ad mysteria illa Eleusinia, quæ Eleusine celebrabantur, & de quibus §. XII. dictum, ut adeò & in hoc Gentilium Scriptorum morem observare videatur, qui Eleusinen ab his duobus, à Templo nimirum & à mysteriis commendare soliti fuere, veluti ex Aristidis Orat. Eleusiniâ apparet. Licet verò hæc opinio nihil in-

incongruū, nihilque contra analogiam fidei, in se contineat, putamus tamen priorem illam explicationem, quæ Paulum hâc Metaphorâ ad Tabernaculum sive Templum Hierosolymitanum Veteris Testamenti alluisse, eique hâc phrasi Ecclesiam Novi Testamenti opposuisse autumat, haud temerè deferendam esse, præfertim cum & nonnullorum Ecclesiæ PP. & plerorumque aliorum Interpretum, tam antiquorum, quam modernorum habeat consensum; Illud verò, quod plurimorum opinionibus consentaneum est, probabilius seu magis *ἔνδοξον* existit, quàm illud, quod huic aut illi tantum videtur, juxta I. Topic. I. §. 7. Imò cum hâc in parte mentem Apostoli divinare nobis non liceat, haud absurdum fore putamus, si dixerimus eundem hâc Metaphorâ *ἐν ὁμοιοτητέτι* utroqueversum & ad Judæorum & ad Eθνικorum Tempia respexisse, ac utrisque his Ecclesiâ Novi Testamenti, tanquam Domô Dei spirituali, tacitâ allusione oppositâ, Timotheum suum admonuisse, quomodo oporteat conversari, non in Templô Hierosolymitanô Judæorum, neque Eleufiniô vel Ephesinô Gentilium, quæ & ipsis dicebantur Dei ac Deorum *ἱεροί*, sed in Domô illâ spirituali Novi Testamenti, quæ est cætus fidelium Christianorum, Ecclesia Dei viventis. Neque enim cardo sensûs hujus loci in hóc vertitur, quò Paulus hâc Metaphorâ respexerit, sed quid per eandem intellexerit, quod sanè ex §. X. jam est clarum, & ex proximè sequentium verborum explicatione ulterius elucefcet.

§. XV.

Ne igitur Timotheus per $\delta\iota\kappa\omicron\nu\ \theta\epsilon\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$ singularem hîc Ædem vel Sacrarium & Delubrum DEI alicujus fabulosi, aut Templum è lapidibus structum intelligeret, quale erat Templum Hierosolymitanum vel etiam Gentilium Deorum Fana, certis circumscripta locis & $\chi\epsilon\iota\rho\sigma\pi\acute{\omicron}\nu\eta\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$, Apostolus claritatis ergò, hujus Metaphoræ atque $\alpha\nu\tau\iota\theta\acute{\epsilon}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ explicationem addit, dicens: $\eta\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu\ \acute{\epsilon}\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\acute{\iota}\alpha\ \theta\epsilon\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}\ \zeta\omega\tilde{\nu}\tilde{\tau}\epsilon\varsigma$; ubi quidem $\eta\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$ pro $\acute{\omicron}\sigma\tau\iota\varsigma$ scil. $\acute{\omicron}\kappa\tilde{\circ}$ ponitur, simili ratione, ut fit in Epist. ad Galat. III. 16. & Eph. VI. 17. notante *Johann. Piscatore* in Not. ad h. l.; quanquam, ut aliis rectius videtur, relativum $\eta\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$ hîc non respiciat præcedens substantivum $\delta\iota\kappa\omicron\nu$, sed subsequens $\acute{\epsilon}\kappa\kappa\lambda\eta\sigma\acute{\iota}\alpha$, juxta Regulam illam Grammaticorum: *Relativum quandoque non ad antecedens, sed ad sequens refertur genere*, quâ ratione & apud Latinos legimus Scriptores; *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur*; item: *Animal plenum consilij, quem hominem vocamus*. Vid. *Welleri Grammat. Græc. Part. II. de Syntax. Nomin. Regul. VIII. & Job. Posselij Syntax. Græc. Reg. XI. de Syntax. Nomin. Except. 9.* Distingvit igitur Apostolus hisce verbis $\delta\iota\kappa\omicron\nu\ \theta\epsilon\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$, de quâ hîc ad Timotheum loquitur, ab $\delta\iota\kappa\omicron\iota\varsigma$ Gentilium $\chi\epsilon\iota\rho\sigma\pi\acute{\omicron}\nu\eta\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$ certisque locis affixis, subindicans, se hîc loqui de Ecclesiâ, & quidem illâ, quæ non est manu factâ, sed quæ Coetus existit Fidelium DEI, quâ de re jam superius §. 8. dictum, & quidem $\theta\epsilon\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}\ \zeta\omega\tilde{\nu}\tilde{\tau}\epsilon\varsigma$. Occurrit hæc locutio frequenter apud Matthæum & Johannem Evangelistas, imprimis verò in Epistolis D. nostri Apostoli, v. gr. Rom. IX. 26. I. Cor. III. 16. IV. 19. II. Corinth. III. 3. VI. 16. I. Timoth. IV. 10.

F

VI. 17.

VI. 17. Hebr. III. 12. IX. 14. X. 31. & XII. 22. tribuiturque DEO hoc ἐπίθετον triplici ratione. (I.) absolute & non tantum ἐξοχρώς, sed etiam planè ἐξαιρέτως, ut attributum essentialē, secundum quod Deus ex se & suâ naturâ & solus propriè vivere, imò ipsa vita dicitur. Deus enim ut est suum ipsius esse, ita quoque est suum ipsius vivere, ac proinde essentia ac vita ex natura rei actu in DEO non differunt, sed tantum ratione nostri conceptûs in Eo distinguuntur. Et cum duo in naturâ inveniantur, quibus omnis rerum perfectio continetur, essentia ac vita, quarum illa quidem omnium est creaturarum existentium, hæc verò tantum quarundam, videlicet viventium; duo hæc in Deo ponenda sunt modò supereminentiæ super omnium creaturarum rerum essentiam ac vitam, notante B. Gerhardò in Exegeſi Loc. II. de naturâ DEI cap. VIII. sect. 6. §. 160. Hinc etiam Deus ita dicitur Ens vivens, ut per se & ex se vivat, ut sit αὐτόζωον καὶ αὐτόζωον, vitam habens ἐν ἑαυτῷ Joh. V. 26. cum è contrario omnes res creatæ viventes vitam suam non habeant à se ipso, sed à DEO, juxta illud Pauli Actor. XVII. 28. ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινῶμεθα, καὶ ἐσμεν. Quod etiam saniores nonnullos Ethnicorum agnovisse ibidem asserit; Et profecto, ut tantum solius Aristotelis faciamus mentionem, insignis est locus, qui occurrit Lib. XII. Metaph. c. 7. ubi ita: καὶ ζωὴ ἢ γε ὑπάρχει· ἢ γὰρ οὐ ἐνέργεια, ζωὴ ἐκείνος ἢ ἢ ἐνέργεια· ἐνέργεια ἢ ἢ κατ' αὐτὴν, ἐκείνος ζωὴ ἀείων καὶ αἰδίου· φανερόν ἢ τὸν θεὸν εἶναι ζῶντα αἰδίου, ἀείων. Ὡστε ζωὴ καὶ αἰών συνεχῆς καὶ αἰδίου ὑπάρχει ἢ θεῷ· τὸ γὰρ ὁ θεός· i. e. Vita (Deo) inest, siquidem intellectus operatio, vita: ille verò est actus: actus verò per se illius vita optima
 ἔ per-

& perpetua est. Dicimus itaque Deum vivens sempiternum
 optimumque esse: quare vita & ævum continuum & æternum
 Deo inest. Hoc enim Deus. Ubi notatu dignum est, quod
 postquam Aristoteles dixerit: Vita & ævum continuum &
 æternum Deo inest: statim subjungat τὸ γὰρ ὁ Θεός, hoc
 enim Deus. Videtur enim h. l. docere, Deum hoc
 ipsum esse, quod Dei vita & sempiternitas est, nec aliud
 esse Deum, aliud verò Vitam. Vid. Balthas. Cellarij
 Epitomen Theolog. Philosophicæ ex Aristotele concin-
 natam Disp. VII. §. 17. p. m. 72. (2.) Tribuitur Deo
 vita ἐνεργητικῶς & effectivè, quatenus omnibus viventibus
 Vitam largitur, & vitæ ipsorum, tam corporalis,
 quàm spiritualis Causa existit. Conf. Job. X. 12. Ephes.
 II. 5. Coloss. II. 13. & I. Timoth. VI. 13. Denique (3.)
 comparatè, respectu Idolorum, quæ non sunt Dii viven-
 tes, sed mortua simulachra, nec vitam nec vitæ signa,
 sensum & motum habentia, juxta Psalm. CVI. 28. Quan-
 do jam Apostolus h. l. Domum Dei, in quâ Timotheum
 conversari oportebat, Ἐκκλησίαν Θεῶν ζώντων vocat,
 eò ipsò perspicuè indicat, quânam de Domò Dei & Ec-
 clesiâ loqvatur, nimirum illâ, quæ est Congregatio &
 Cœtus Fidelium in verum & viventem Deum, qui
 ipse essentialiter est vita, credentium; de illâ Domò, in
 quâ non plures Dii ἰμύθωμοι falsi & mortui superstitiosè
 adorantur, qualis erat illa Eleusinia Cereris & Proserpinæ,
 illa Apollinis & Mercurii, nec non ita Apollinis & Veneris,
 aliæq; multæ, de quibus videantur Pausanias in Eliacis f.
 Lib. V. Græciæ c. XI. p. m. 403. in Achaic. f. Lib. VII. c.
 XXI. p. m. 577. & Hesychius in voce ἰμύθωμο p. m. 692.
 sed quæ est habitaculum spirituale, unius, veri atque viven-
 tis Dei, à quò etiam omnem & corporalem & spiritualem

habet vitam, id quod pluribus diducendum Theologis relinquimus. Hinc autem apparet, quod secundum triplicem illam rationem, vox ζῶντες h. l. Deo applicari possit, quodque Domus Dei h. l. dicatur Ecclesia θεῶν ζῶντες, i. e. veri & viventis, qui ipsa est vita & omnia vivificat, & per hoc attributum à fictis atque vitâ carentibus Gentilium distinguitur Idolis. Μη εἴπης ἐν ἀνθρώποις ἀπὴν συγκροῦσσι. θεῶν γὰρ ἐστὶ ζῶντες τελέσσι, φειβεῖς καὶ ἐκδικήσῃ, καὶ ἔνεκρῶ καὶ ἀδθενῶς, οἱοὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων. Noli dicere, quod ex hominibus illa (Ecclesia) sit constata: Dei enim est viventis: i. e. terribilis & ultoris, non mortui & infirmi, quales sunt Græcorum Dii vani, inquit Theophylactus Comment. in h. l. p. m. 768.

§. XVI.

Quemadmodum autem Cl. Gothofredus existimat, hinc iterum hæc locutio θεῶν ζῶντες maximè est posita per tacitam ἀντίθεσιν ad μάταια seu Inania quævis Gentilium. Et quidem (1) in respectu ad ficta & falsa Gentilium Numina, quæ mortua in Deos erant consecrata, quod etiam passim Gentilibus objecere Christiani, veluti abundè apparet ex Apologiis & Scriptis *Justini Martyris, Athenagoræ, Clementis Alexandrini, Minucij Felicis, Arnobii, Lactantii* & aliorum contra Gentiles constructis; quæ etiam præterea suam quæque singularem ἐκκλησίαν sive congregationem & cœtum unâ cum Templò habuere, uti Ceres & Proserpina Eleusine, Diana Ephesi &c., cum ex adversò totus hic mundus una DEI veri ac viventis Domus sit, ceu *Lactantius* loquitur lib. IV. Divinar. Institut. c. 29. p. m. 404. quodque jam ante ipsum iisdem affirmavit verbis *Minucius Felix* in Octaviò p. m. 37. Edit. Lugd. Batav. cum N. V. ab anno 1652.

1652. in Q. qui etiam p. 36. hæc habet: quod simulachrum Deo fingam, cum si rectè existimes, sit Dei homo ipse simulachrum? Templum quod ei exstruam, cum totus hic mundus, ejus opere fabricatus, cum capere non possit? Et cum homo latius maneat, intra unam adiculam vim tantæ Majestatis includam? nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imò consecrandus est pectore? H. I. Conf. Philo Judæus Lib. II. de Monarch. p. m. 820 D. Edit. Francof. Græco-Latin. ab anno 1691. in fol. Clemens Alexandrinus Lib. V. Stromat. p. m. 584. D. & Lib. VII. Stromat. p. m. 715. B. C. Quin hoc ipsum quoque erat, quod Heraclius olim Gentilibus suis objectabat in Epist. ad Hermodorum, quæ reperitur inter Epistolas Græcicas Græc. & Lat. per Eilh. Lubinum Comelin. annò 1601 in O. & à Jacobo Cujacio Genev. anno 1606. in fol. editas, ubi difertè ait: ὅλον ὁ κόσμος αὐτῷ ναὸς ἐστίν, universum mundum DEI Templum esse. Denique hæc Gentilium Numina reverà non vivebant, sed hominum erant commenta, ἐκ ὄψεως, ἕδεν ἐν κόσμῳ, ceu Apostolus loquitur I. Cor. VIII. 4. quem in locum Occumenius p. m. 492. A. Tom. I. Edit. Paris. ab ao. 1631. in fol. ita commentatur: Ἰδῶλον ἕδεν τρεῖς ἴσιν, ἕδεν ἐστὶ τῶν ἐν κόσμῳ ὄντων τὸ ἰδῶλον, ἐπινοίας ἢ ματαίως ἀναπλασμός καὶ ἀνατόπωσις. Idolum nihil est, id est, nihil eorum, quæ in mundo sunt, idolum est; sed vane excogitationes, figmentum & effictio. Et licet Jupiter quorundam Gentilium sententiâ Ἔεος vel Ἐῆν dictus fuerit, quasi vitæ autor datorque, τὸ ζῆν παρεχόμενον ἀνθρώποις, vitam exhibens hominibus; ceu legimus apud Heraclidem Ponticum in Allegoriis Homeri p. m. 441. & Phurnatum Lib. de Nat. Deorum c. II. p. m. 141. qui duo reperiuntur inter Opuscula Mythologica à Thom.

Gale Cantabrig. an. 1671, editâ & Amstelod. an. 1688. in O. per Heintr. Wetstenium recusâ, nec non apud *Platonem* in Cratylo sive Dialogo de rectâ nominum ratione p. m. 273. A. Edit. Francof. Græcò-Latin. ab anno 1602, in fol. Aliter tamen nominis hujus rationem explicat *Lactantius* Lib. I. Divin. Instit. c. XI. p. m. 43. ubi ita: *Ipse autem (Jupiter) furto servatus, furtimque nutritus, Zeûs Ἰ. Ζῆν appellatus est; non, ut isti putant, à fervore cælestis ignis; vel quod vitæ sit dator: vel quod animantibus inspiraret animas, quæ virtus solius DEI est, (quam enim possit inspirare animam, qui ipse accipit aliunde?) sed quod primus ex Liberis Saturni maribus vixerit.* Imò vel ipsi Gentiles passim testantur de Jovis hujus nativitate atque educatione, quorum testimonia invenimus apud *Natalem Comitum* Lib. II. Mytholog. c. I. irridentque Ejus tum mortalitatem, tum quod mortuus fuerit. Videatur *Lucianus* in Dialog. cui Titulus Jupiter Tragædus p. m. 154. Tom. II. Oper. *Job. Wöwerij* notæ in Minucii Felicis Octav. p. m. 56. & *Gebh. Elmenhorstij* Observat. ad Lib. IV. Arnobii advers. Gentes p. m. 132. Quàm absurdum verò sit illum statuere vitæ autorem, qui eandem ipse nativitate suâ ab aliò sumpsit, nec perpetuò retinuit, sed aliquando cum morte commutavit, præter *Lactantium* paulo ante citatum egregiè ostendunt ipse *Minucius Felix* in Octaviò p. m. 25. & seq. & *Arnobius* Lib. I. adversus Gentes p. m. 19. nec non *Theophilus Antiochenus* Lib. II. ad Avtolycum p. m. 81. A. & *Theodoretus* Orat. II. contra Græcos p. m. 334. Tom. IV. Oper. E contrariò verò Paulus hóc locò ostendit, quânam de Domò Dei spirituali loquatur, nempe illâ, quæ est Ecclesia Θεῶν ζῶντες, qui ipse est vita, uti ab æternò ita & in secula secu-

seculorum, juxta I. Timoth. VI. 13. & seqq. **Q**uò etiam sensu Paulus & Barnabas Lyftris Sacerdoti Jovis cateroque populo divinum ipsis honorem exhibere volentibus, hæc respondent: *Ἄνδρες, πὶ ταῦτα ποιεῖτε; καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τῶν τῶν ματῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἵνα πάντες τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα.* *Viri quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cælum, terram & mare, & omnia, quæ in eis sunt.* Actor. XIV. 15.

§. XVII.

Ulterius (2.) hæc locutio *Θεὸς ζῶντος* opposita esse videtur Templis Gentilium, quæ origine suâ mortuorum fermè Sepulchra erant. E sepulchris enim Tempia apud Ethnicos originem sumpsisse haud ignobile antiquorum PP. existimârunt, teste *Lil. Gregor. Gyrardo*, qui hoc in Librò de Sepulchris & variò sepeliendi ritu c. I. hisce verbis ostendit: *Fuit usque aded antiquis sepulchrorum cura, ut non aliunde Templorum & Sacrarum adium originem deductam, diligentissimi Scriptores tradant, Eusebius & Lactantius.* Quâ de re & *Clemens Alexandrinus* in *πρόβλητοι* seu Admonitione ad Gentes p. m. 29. A. B. ex Interpretat. Gentiani Herveti hæc scripta reliquit: *que quidem nec ipsa silentio prætermittam, atque aded ipsa convincam specioso quidem nomine nominari Tempia, fuisse autem sepulchra, hoc est, sepulchra vocata fuisse Tempia. Vos autem vel nunc saltem Demonum cultus & superstitionis obliviscamini, sepulchra colere erubescetes.* In Templo *Minerva, Larisse*, in arce est sepulchrum *Acrisi*, Athenis autem in arce *Cecropis*, ut ait *Antiochus* in nono *Historiarum*. *Quid verò Erichthonius, non fuit sepultus in templo Poliadis? Iammarus autem, filius Eumolpi*

molpi & Daira, non fuit sepultus in ambitu Eleufinj, quod est sub arce? filia autem Celei, non sunt sepulta Eleufine? H. I. Cyrillus quoque *Alexandrinus* Lib. X. contra Julianum p. 341. feqq. Tom. VI. Oper. Edit. Parif. ab annô 1638. in fol. multis exemplis oftendit celeberrima Gentilium templa fuiſſe olim ſepulchra aut monumenta mortuorum. Vid. *Eufebius* Lib. II. de Præparat. Evangel. c. 6. p. m. 71. Edit. Colon. Græco-Latin. ab anno 1688. in fol. Pertinet huc etiam *Prudentii* locus ex Lib. I. contra *Symmachum*, ubi ita canit:

*Et tot Tempia Deum Romæ, quot in urbe ſepulchra
Heroum numerare licet, &c.*

Quibus verbis innuere videtur, Romanos omnibus iis in locis Tempia in urbe extruxiſſe, ubi Heroum corpora ſepulta fuerint. Refert enim *Valerius Maximus* Lib. VIII. c. 15. in Extern. num. 3. Græciam ſummò conſenſu locum, in quò *Amphiarus* hymatus ſit, in formam conditionemque Templi redegiſſe, atque inde oracula capi inſtituiſſe. His itaque Delubris atque Gentilium Templis Apoſtolus Domum Dei ſui ſpiritualem hæc locutione tacite opponit, tanquam Eccleſiam Θεῶν ζῶντων, Dei non alicujus mortui, ſed viventis nec unquam dormientis, juxta Pf. CXXI 4. Denique (3) Apoſtolus Domum Dei Eccleſiam vocat Θεῶν ζῶντων, ad discrimen εἰδώλων, ſimulachrorum & ſtatuarum ſeu imaginum, quæ vanæ nihiliq; ſunt, reſque omninò mortuæ, & tamen apud Gentiles ἐν δικοῖς Θεῶν ſtabant, proque Diis habebantur, hujusmodi erant ſimulachra Jovis, Minervæ, Veneris, Cereris, Proſerpinæ, Dianæ aliorumque Heroum ac Heroumarum, de quibus paſſim *Herodotus Halicarnañſis*, *Pauſanias*, *Plutarchus* & alii Antiquitatis Græcæ Scriptores teſtantur

testantur, quod ex variâ materiâ, v. g. aurô, argentô, lapide vel lignô artificiosè elaborata & in Templis seu delubris suis posita religiosô cultu tanquam Dii adorata fuerint. Equidem vox εἰδωλον apud antiquos Scriptores generaliter quamvis notat similitudinem & repræsentationem alicujus rei sive fictæ, sive veræ, imaginem, simulachrum, uti apparet ex *Hesychij* Lexico p. m, 290. & *Varino* col. m. 570. nam ἀπὸ τῆς εἰδωλον dictum est *Idolum*, ut ait *Tertullianus* in Lib. de Idololatr. ab εἰδωλον, quæ est species, forma & imago rei. Unde *Plato* εἰδωλα vocat conceptus seu ideas universales omnium rerum in *Theæteto* p. m. 151. C. Et *Herodotus*, teste *Edw. Leigh* in *Critic. Sacr.* sub voce εἰδωλον, statuas Viris illustribus erigi solitas, εἰδωλα vocat. Quâ in significatione etiam apud Patres legitur, veluti *Gregorium Nyssenum* Orat. in princip. Jejun. Tom. II. Oper. p. m. 257. C. Edit. Græco-Lat. Paris. ab annô 1638. in fol. *Chrysostrum* Homil. I. de Lazarô Tom. V. Oper. col. m. 38. E, & alios. Specialiter verò hæc vox εἰδωλον in Scriptura N. Testamenti sumitur, & notat similitudinem vel repræsentationem rei, cui cultus defertur religiosus, ut Act. VII. 41. XV. 20. Rom. II. 22. I. Corinth. XII. 2. I. Joh. V. 21. & Apocal. X. 20. Apud Ecclesiasticos quoq; Scriptores εἰδωλα peculiari significatione vocantur simulachra, Numen aliquod repræsentantia, quod honore & cultu afficitur, teste *Stephanô* in *Thesaur.* Tom. I. *Scapulâ* in *Lex.* col. m. 445. & *Edw. Leigh*. l. c. p. m. 91. Unicum adducamus *Theodoretum*, qui *Comment.* in I. ad Corinth. VIII. Tom. III. Oper. p. m. 157. D. hæc habet: οἶδα ὡς ἀψυχα πῶς εἰδωλα καὶ ἀναίθητα, καὶ οὐ εἰς θεὸς ὁ τῶν ὀφθαλμῶν πειθήτης καὶ δεσπότης. Scio idola esse inanima, & nullo sensu prædita,

G

*Et unum esse Deum universonum creatorem & Dominum. Vid. J. C. Spicieri Thesaur. Ecclesiast. sub voce εἰδωλον Tom. I. col. m. 1009. Ne jam Timotheus suspicaretur, acsi in presentibus verbis Paulus de tali Domo Gentilium loquatur, quæ istiusmodi Idolis atque simulachris falsorum Deorum esset repleta, discriminis ergò clarissimè subdit, se loqui de illâ Dei Domo, quæ est Ecclesia Θεῶν ζῶντων, in quâ non mortuæ imagines atque simulachra, sed verus & vivus Deus in Spiritu & Veritate adoratur, juxta Joh. IV. 24. Quâ etiam ratione idem hic Apostolus de Theffalonicensibus ait: ἐπεστρέψασθε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδωλων, δευτερον Θεῶν ζῶντων καὶ ἀληθινῶν. *Conversi estis ad Deum à simulachris, servire Deo vivo & vero. I. ad Theffal. I. 9. conf. I. Cor. X. 19. 20. 21. Pro triplici igitur hōc respectu, Apostolus Ecclesiam veram per hoc ἐπίθετον, Ἐ Θεῶν ζῶντων, tacitâ ἀντιθέσει opponere voluit tum falsis atq̃ mortalibus Gentilium Diis, tum eorum Templis atq̃ Sacellis mortuorum sepulchris superfructis, tum etiam ipsis Idolis atque Simulachris, artificis manu ex materiâ inanimâ elaboratis, & ab ipsis pro Diis habitis. Quantumve ex hæcenus adductis elucefcit, Apostolus Paulus in presentibus nostris verbis Timotheum suum adhortari voluit, ut ista, quæ ipsi & omnibus in universonum Episcopis, Doctōribus & Pastoribus Ecclesie in præcedentibus præscripserat, probè observarent, præsertim cum hæc sint scripta, ut scirent, quomodo ipsos oporteat conversari, vitam suam instituere, atque ritè suò defungi officio, in Ecclesia Dei viventis, i. e. in cætu Fidelium, non in falsa atque demortua Gentilium Numina & Idola, sed in unum, verum ac viventem Deum, qui ipse est vita, credentium, qui etiam inter illos, tanquam in Domo sua spiritali habitat atque perpetuò præfens est.**

S. XVIII.

§. XVIII.

Tandem ultimò locò sequuntur hæc verba: *σὺλῶ* καὶ ἐδρακίωμα τῆς ἀληθείας; quæ omnium vexatissima sunt, & doctissimis quibusvis Philologorum multum fecere negotii, quò enim referenda sint, maxima est inter Eruditos dissensio atque controversia. Sunt nonnulli & quidem magni nominis Viri, testibus *Jacobo Capello* Comment. in h. l. & *Abrab. Scultetò* cap. IV. Annot. in I. Timoth. qui verba hæc non ad antecedentia sed consequentia Apostoli verba, ubi de magnò pietatis mysteriò, nimirum de incarnatione Filii Dei loquitur, adeoque *non ad Ecclesiam, sed Christum*, seu *Doctrinam de Christo* referenda esse censent, sic ut sensus verborum istorum hic existat: *Quodsi tardius venero, ut notis, quomodo oporteat in Domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi. Columna & stabilimentum veritatis & sine controversia magnum pietatis est mysterium, Deus conspicuus factus est in carne, &c.* Atque sic etiam Basileensem Bibliòrum Editionem, quæ annò 1540. prodiit, locum hunc legisse testis est *Erasmus Schmidius* in notis ad h. l. Quin etiam in subsidium hujus Interpretationis nonnullos ex PP. vocant, veluti *Cyrillum Alexandrinum*, *Epiphanium* & *Procopium*, quorum verba vid. apud *Swicerum* in Thesauro Ecclesiast. Tom. II. sub voce *σὺλῶ* col. m. 1043. Ad ulteriorem hujus interpretationis confirmationem causas sequentes adferunt: (1) quia solus Christus est columna & firmamentum veritatis, *Ἰερῆδιον fundamentum unicum salutis nostræ, præter quod aliud poni non potest*, teste Apostolò I. Cor. III. 11. conf. ad Roman. XV. 20. (2) *Quia* alioquin Oratio Apostoli hiulca & suspensa foret, si legamus: *ut scias, quomodo sit tibi conversandum*

in Ecclesia, quæ est Domus Dei, columna & firmamentum veritatis. Et sine controversia magnum pietatis est mysterium, &c. Hoc enim foret ἀσύνδετον, nec benè cohærerent ista. Mollius verò fluere oratio, si hoc, Deus in carne patens est, ut sine dubio magnum est pietatis mysterium, ita quoque firma diceretur columna & firmamentum veritatis; præsertim cum in Christo veritas cum pietate reperitur conjuncta, juxta Tit. I. 1. & cum veritas sit pietatis mater. Ulterius (3) notari volunt, quod Paulus non solet novi argumenti tractationem inchoare à conjunctione καὶ, et; Hinc illud, καὶ ὁμολογημένως μέγα ὄσι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, necessariò cum præcedentibus cohærerere putant, nempe cum istis verbis: εὐλόγηται καὶ ἐδράκιμα τῆς ἀληθείας. Præterea (4) notum est, quòd quævis Religio sua habeat axiomata, quæ suæ professionis censet esse fundamenta. Ita v. gr. R. Moses Majemonides, id quod legitur Devt. VI. 4. statim ab initiò nobilissimi illius operis, quod Mischna dicitur, seu תורה ודבריה vocat: יסוד היסוד ועמוד החכמות h. e. fundamentum fundamenti, & columnam sapientie. Nec dubium est Apostolos phrasibus in Ecclesiâ Judaicâ receptis sapius usus, in hoc exemplum Salvatoris & Doctoris sui secuti, ceu superius §. XIII. pluribus ostensum. Pro consuetò igitur hóc loquendi more & Apostolus hóc locò hanc formulam Judaicam adhibere, ac Timotheo, tanquam ex Ethnicò vel Profelitò Christiano factò, dilectò suo discipulo seu filio, eâ ipsâ indicare voluit, quodnam esset præcipuum Religionis & Veritatis Christianæ fundamentum, nimirum doctrina de Incarnatione Filii Dei, seu οἰκονομία σωτηρίας œconomie, ut Clementi Alexandrino Lib. II. Stromat. vocatur. Deniq̄ (5) ad-

(5) admodum durum videtur esse, ut Ecclesia potius dicatur firmamentum & columna veritatis, quam veritas columna & firmamentum Ecclesiae; cum & Ecclesia quod stet invicta atque immota, id veritati acceptum ferat. Unde *Chrysostomus* Homil. XI. in nostrum locum col. m. 471. E. Tom. VI. Oper. in N. T. ἡ ἀληθεία, inquit, ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ στήλη καὶ ἐδραίωμα: Veritas est Ecclesiae & columna & columen. *Irenaeus* itidem Lib. III. advers. Hæres. c. i. p. m. 229. Edit. Paris. ab anno 1675. in fol. *Evangelium*, inquit, quod (Apostoli) tunc præconiterunt, postea in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostrae futurum. Et rursus cap. XI. p. m. 259. *Columna & firmamentum Ecclesiae est Evangelium*. Quibus similia habet *Basilii Seleucienfis* sub medium Seculi V. clarus, Homil. in Matth. XVI. 18. Atque hæ sunt præcipuæ rationes clarissimorum hujus sententiæ Autorum, quas referunt *Johannes Camero*, *Jacobus Capellus* & *Abraham Scultetius* in Annotat. suis ad hunc locum Tom. V. Critic. Sacror. Francof. ad Mœn. anno 1695. in fol. editor. col. 906. 907. & 910. & apud *Matth. Polum* in Synops. Criticor. Vol. V. col. m. 1045.

§. XIX.

Licet verò hæc Interpretatio pia pariter atque docta sit, nihil tamen prohibet, quò minus, salvâ horum Virorum autoritate, ab eadem recedamus, atque verba hæc στήλη καὶ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας ad antecedentia referenda cumque iisdem connectenda esse statuamus, præsertim cum ita in quibusvis aliis antiquissimis Codicibus legantur, cumque ipsi hi celeberrimi Viri, teste *Abrahamo Scultetio* l. c. concedant, receptam hîc lectionem ferri posse, ex eò, quod vera Ecclesia suo modo

columna & firmamentum veritatis dici possit, uti inferius suô locô ostendetur. Neque rationes adductæ immotæ sunt veritatis, quod enim (I) concernit, dicitur Christus in adductis locis θεμέλιον *fundamentum*, in nostris autem verbis Ecclesia ἐδραίωμα *firmamentum* vocatur, quod tamen nomen, quantum scimus, nullibi in facris N. Test. literis aliàs occurrit, multò minis de Christô usurpatur, aliud quoq; θεμέλιον aliudque ἐδραίωμα existit. Nec (II.) hiulca est oratio, in quâ sensus commodè continuatur, nec ἀσύνδετος est dictio, in quâ copulâ intercedente membra sibi invicem annectuntur; Scilicet postquam Apostolus in antecedentibus Episcopus & Diaconos muneris atque officii sui commonefecerat, ut eos tantò vehementius eò adigeret, utitur in nostris verbis argumentô à Dignitate Ecclesiæ DEI vivi, cujus erant Ministri, eandemque commendat tanquam Domum Dei & Columnam atq; firmamentum Veritatis; cui in subsequens verbis annectit argumentum à majestate & dignitate Doctrinæ, quæ in eâ tractaretur, vocando illam ἡμολογημένης μέγα τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον. Et licet magnum illud mysterium, de quô Apostolus hîc loquitur, ipsa sit veritas, nihil tamen prohibet, quò minus Ecclesiam hujus veritatis columnam & firmamentum, cultodem atque vindicem dicamus. Atque ita quidem optimè hæc verba σύληθ' καὶ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας cum præcedentibus cohærent. Ad (III.) respondemus, quod Apostolus in sequentibus verbis ad novum planè argumentum non transeat, sed prius potius continuet, dum *veritatem*, cujus firmamentum Ecclesiam nominaverat, ab altitudine summâ atque dignitate, quæ in confessio

possi-

posita sit, commendat. Et positô, quòd Apostolus in sequenti versiculò novum exordiat argumentum, haud sanè insolens est in sacrâ paginâ à copulativâ particulâ non tantùm novum argumentum, sed Scriptum quoque & Librum integrum quandoque inchoare, ita enim & liber Esdræ & liber Jonæ ordiuntur. Sed nec Apostolo ipsi insvetum est prorsus ab eâdem ordiri, & καὶ pro δὲ autem usurpare, idque sine ullâ necessitate, uti patet ex I. Cor. II. 1. III. 1. V. 13. Ephes. II. 2. I. Thessal. I. v. 12. & I. Timoth. V. 7. Ulterius (IV.) neque formula ista Rabbunica hîc locum habet, eoque Paulus respexisse dicendus est; cùm enim apud Apostolum h. I. nihil aliud sit *veritas*, quàm ipsum *pietatis mysterium*, quod nec hujus sententiæ Patroni inficiantur, & hæc verba *σύλῃ καὶ ἐδράμωμα τῆς ἀληθείας* cum istis *ὁμολογούμενος μέγα ὄντι τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον*, connectenda forent, tùm idem sui ipsius columna & fulcimentum diceretur, quod tamen minùs congruum videtur. Denique (V.) Ecclesia hóc locò columna atque firmamentum veritatis dicitur, non tam *activè* quàm *passivè*, utpote quæ ab ipsâ veritate suffulcitur atque sustentatur; quanquam nec absurdum foret, si statueremus & Ecclesiam veritatis columnam atque firmamentum dici posse, quatenus eandem propugnat, defendit & tuetur, quâ de re inferius fusiùs dicemus. Atque ita quidem ultimum illud argumentum nobis nihil officit, nihilque obstat, quò minus verba ista *σύλῃ καὶ ἐδράμωμα τῆς ἀληθείας* cum præcedentibus connectenda esse afferamus. Vid. *Gvilb. Rivetum*, celebris Andr. Riveti fratrem in Epistolâ quâdam Apologeticâ, teste *Petr. Ravanello*, contra novam hanc expositionem pluribus differentem.

§. XX.

Alii è contrariò verba hæc *εὐλθὴ καὶ ἐδράγμα τῆς ἀληθείας* ad Prophetas, Apostolos, & Doctores Ecclesiæ, ac in specie ad Timotheum spectare autumant, notante *Erasmò* in suis Annotat. ad h. l. Cui etiam sententiæ subscribit celeberrimus *Thom. Gatakerus* Lib. II. Cinni f. Adversar. Miscell. c. XX. col. 392. Edit. Ultraject. ab annò 1698. in fol. & qui ab ipsò col. 382. tanquam vir acutissimus citatur *Gvilhelm. Chillinsvorthus*, Anglus, in Tractat. de tutâ & salutari Protestant. Religione, adversus Pontificium quendam Part. I. c. 3. §. 76. ubi ita: *Ecclesiam domicilio confert Apostolus; Timotheum columnæ in hoc collocatæ.* Interpretationis hujus has reddunt rationes: (I.) cùm Ecclesiam *domum* ante nuncupasset, haud satis congruum videri, ut eandem confesum *columnam* diceret. (II.) Familiaris est Ellipsis in Sacris Literis particulæ similitudinis *ὡς*, quod patet ex Genes. XLIX. 9. ubi *Iuda catulus Leonis* dicitur, i. e. *instar catuli Leonis*. Idem etiam de Dan legitur Devt. XXXIII. v. 22. item Esa. XXI. 8. *clamavit Leo*, hoc est, *ut Leo*, & I. Petr. II. 4. *πρὸς ὃν προσερχόμενοι λίθον ζῶντα*, ad quem *accidentes, lapidem vivum*, pro, tanquam ad lapidem vivum. Apud profanos quoque Autores sæpius hujusmodi Ellipsis occurrit, sic *Homerus*, Poëtarum ille Princeps, de Hectore Iliad. ω. vers. 258.

- - - ὡς θεὸς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν - - -

- - - qui DEUS erat inter viros - - -

i. e. tanquam DEUS. Et *Horatius* Lib. de Arte Poëtica:

Nec verbum verbo curabis reddere, fidus

Interpres. - - -

h. e. tanquam fidus interpres. Vid. *Flavius Josephus* Lib.

Lib. XII. Antiquit. Judaic. c. VII. p. m. 410. A. Edit. Genev. Græco-Latin. ab annô 1634. in fol. Nec minus frequens est Ellipsis *participij* ὧν tam apud Sacros quam apud Profanos Scriptores, ita v. gr. *Paulus* ad Rom. I. 30. ψιδυεσάς κατὰ λάλῃς &c. subintellige ὄντας, *susurriones, detractores* &c. existentes, & I. ad Cor. X. 11. τὰ ὅσα ἢ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις pro τύποι ὄντες, *ista omnia, exempla* existentia, *contingebant* illis. Sic & Petrus I. Epist. III. 21. ἧ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, pro ἧ ἀντίτυπον ὄν, *cui analogus typus* existens *baptisma* nos *quoz, servat* &c. Ex profanis subjungimus *Horatium*, qui Lib. I. Epist. II. ita canit:

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus

nimirum *existens*, quoad viveret, seu canis immundus, vel cænó gaudens porcus; nec non *Svetonium* Lib. de claris Rhetor. c. III. cui *Otacilius servisse* dicitur, atq; etiam *ostiarium veteri more in catena fuisse*, pro *ostiarium existens*, seu cum *esset ostiarium*. Jam etiam alterutram ex hisce Ellipsis hóc locó observandam esse, prædicti Autores contendunt, ita ut mens Apostoli hæc existat: *Hæc tibi seribo, ut noris, quomodo te gerere debeas in Domo Dei, ὡς σύλῶν tanquam columna & firmamentum veritatis; vel σύλῶν ὡν columna & firmamentum veritatis existens*. Unde pateat verba hæc σύλῶν καὶ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας ad *Timotheum cæterosque Ecclesiæ Doctores* referenda esse. Accedit (III.) quòd *Columnæ* nomen à nostró Apostolò alibi etiam Ecclesiæ Proceribus tribuatur, nimirum ad Galat. II. 9. ubi de Jacobò, Petrò ac Johanne hoc ediferit: οἱ δοκῶντες σύλοι εἶναι, *qui columnæ esse videbantur*, vel etiam *erant*. Vid. *Thom. Gatakerum* Lib. I. Advers. Sacror. cap. III. col. m. 190. B. cui addi potest, quod per

H

Johan-

Johannem Christus unicuique pollicetur, qui fidelis per-
 fiterit, nimirum se hunc facturum *σύλον εν τῷ ναῷ* *co-*
lumnam in Templo DEI Apocal. III. 12. Apprimè cum
 his consentiunt vel ipsi Ecclesiastici Scriptores. Ita
 namque *Ignatius* Epist. ad Philadelph. p. m. 106. *Aposto-*
los *σύλας* *ἔ* *κοσμοῦ* *mundi columnas* vocat. *Tertulliano* Lib.
 de Pudicit. c. 16. Paulus *disciplinarum columna immobilis*
 dicitur; Petrus verò, Johannes & Jacobus *columnæ Apo-*
stolatus Lib. I. contra Marcion. c. 20. *Gregorius Nyffe-*
nus Orat. VI. de Beatitud. Tom. I. Oper. p. m. 811. Mosen,
 Johannem & Paulum *σύλας τῆς πίστεως columnas fidei* nun-
 cupat; *Chrysostomus* verò, teste *Svicerò* in Thesaurò Ec-
 clestiaf. sub voce *σύλας* Tom. II. col. 1046. Homil.
 XLII. Tom. V. Oper. *σύλας καὶ πύργους columnas ἔ* *turres,*
 quem etiam Titulum Homil. LXIV. Tom. VI. Oper.
 Paulo & Petro tribuit. Homil. CXLIII. verò Tom. V.
 Oper. de Apostolis dicit, quòd fuerint *σύλοι, ὅτι τὸν ὄρο-*
φον τῆς πίστεως ἐβάσασαν, columnæ, quia culmen fidei portā-
runt. Pariter & *Theodoretus* Lib. I. Hist. Eccl. c. 3. omnes
 Apostolos appellat *τὰς πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας; totius*
mundi columnas. Et Orat. X. de Provid. Tom. IV. Oper.
 p. m. 441. B. *πύργοι τῆς εὐσεβείας, σύλοι τῆς ἀληθείας, οἱ*
τῆς ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομὴν ὑπερείδουσι, ab ipso vocantur, i. e.
Pietatis turres, veritatis columnæ, Ecclesie structuram suffulci-
entes. Vid. *Augustinus* Comment. in Psalm. LXXIV.
Ambrosius in Psalm. CXVIII. & *Theophylactus* in cap.
 XXII. Lucæ. Martyres quoque *σέρρες ἔ* *κεῖναι σύλας,*
κεραυωθεύσας ὑπ' αἰθέ i. e. *columnas Dei firmas ab ipso cor-*
roboratas, quondam appellatos fuisse, testis est *Dionysius*
Alexandrinus in Epist. ad Fabium Antiochenum apud
Eusebium Lib. VI. Hist. Eccles. cap. 41. p. m. 238. D.
 Sed

Sed & alios Ecclesiæ Doctores præter Apostolos, *σύλους* καὶ *ἐδραίωματα* ab Ecclesiasticis Scriptoribus vocatos esse, illicò patefcet, si modò observaverimus *ἐδραίωμα* nil aliud significare, quàm quod *σὺλον* ἢ *ἑρέρισμα* i. e. *fulcrum*. Quò sensu *Nicephorus* Lib. VII. Hist. Eccles. cap. II. p. m. 442. B. Ecclesiæ Pastores *θρησκευτικὰ σηκίματα* *Religionis fulcra* appellat. In specie verò *Eusebium* *Samofatensem* *Gregorius Nazianzenus* Epist. XXIX. *σὺλον καὶ ἐδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας, πατείδος ἔρεισμα*, i. e. *columnam & stabilimentum Ecclesiæ, Patriæ fulcrum*, disertè nuncupat. Et *Viennenses* atque *Lugdunenses* sub *Marcò Imperat.* in Epist. ad Fratres Asiaticos apud *Eusebium* Lib. V. Hist. Ecclesiast. cap. I. p. m. 157. B. Attalum Pergamenum, ad huncce Apostoli locum alludentes *σὺλον καὶ ἐδραίωμα τῶν ἐναντῶν*, eorum, qui ibi agebant, *fideliùm columnam & firmamentum* dicunt. Denique & *Basiliius M.* de *Musoniò Neo-Cæsariensi* Episcopò Epist. LXII. Tom. III. Oper. p. m. 92. B. ipsissimis hincce Apostoli utitur verbis: *ὄχι*, inq̄uens, *ἀνήρ διαφανέστατος δὴ τῷ καθ' ἑαυτὸν, πᾶσιν ὁμῶς τοῖς ἀνθρώποις ὑπερενεγκὼν ἀγαθῶς, ἔρεισμα πατείδος, Ἐκκλησιῶν κόσμου* σὺλον καὶ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας. i. e. *Obiit vir omnium sui temporis in omnibus simul humanis bonis præstantissimus, Patriæ columen, Ecclesiæ decus, columna & firmamentum veritatis*. Præter hæc omnia verò vel ipsos etiam Regni atque Reipublicæ Proceres, item Liberos præsertim Masculos, nec non servos illos, quibus potior Rei Familiaris cura erat commissâ, Reipublicæ, Domûs, aut Familiæ columnas aut columellas quondam dictos fuisse, ex antiquissimis quibusvis monumentis probant *Thomas Gatakerus* Lib. II. Cinni cap. 20. col. § 83. & seqq. ut & *Spicerus* in *Thesaur.* Ecclesiast. Tom. II. sub voce *σὺλον*.

col. m. 1044. & 1045. Quæ cum ita se habeant, pari
 col. m. 1044. & 1045. Quæ cum ita se habeant, pari
 quoque pacto & hic Timotheum unà cum aliis Eccle-
 siæ Doctoribus *σύλον καὶ ἐδράκιμα τῆς ἀληθείας* vocatum
 fuisse prænominati Autores censent. Denique (IV.)
 ne cuiquam hæc Interpretatio nova ac nudius tertius
 nata videatur, *Gregorij Nysseni* hanc in rem allegant ver-
 ba, quæ Lib. de vitâ Moïsis Tom. I. Oper. p. m. 226. B. C.
 ita se habent: *Εἰ ἡ ἕως τὴν κάτω σκηνὴν θεωροῖ, καλῶς ἂν
 ἔχει τὰς ὑπηρέτας ἔθει μυστηρίων, ἃς καὶ σύλους τῆς Ἐκκλη-
 σίας καὶ νομῶν οὗ λόγος, Ἀποστόλους τε καὶ διδασκάλους καὶ
 προφήτας, τὰ ὀνόματα πάντων ὀνομάζειν εἶναι· εἰ γὰρ μόνον Πέ-
 τρος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἰάκωβος, σύλοι τῆς Ἐκκλησίας εἰσιν, εἰδὲ
 μόνον ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὁ λύχνος ἦν καίμενος· ἀλλὰ πάν-
 τες οἱ δι' ἑαυτῶν τὴν Ἐκκλησίαν ἐρεῖδοντες, καὶ οἱ διὰ τῶν ἰδίων
 ἔργων φωστῆρες γινόμενοι, καὶ σύλοι καὶ λύχνοι λέγονται· ὑμεῖς
 ἐστε τὸ Φῶς ἔς τὸν κόσμον, Φησὶ πρὸς τὰς Ἀποστόλους ὁ κύριος· καὶ
 πάλιν ἐπεὶ ὁ θεὸς Ἀπόστολος σύλους εἶναι διακελεύεται, λέ-
 γων, ἐδράκοι γίνεσθε καὶ ἀμετακίνητοι· καὶ τὸν Τιμόθεον καλὸν
 σύλον ἐτείμησεν, ποιήσας αὐτὸν, (καθὼς Φησὶ τῇ ἰδίᾳ Φωνῇ)
σύλον καὶ ἐδράκιμα τῆς Ἐκκλησίας ἀληθείας. Quodsi quis ta-
 bernaculum inferius consideraverit, optime is mysterij divini ad-
 ministratos; quos & Ecclesie columnas Scriptura nuncupat; Apo-
 stolos nempe & Doctores, & Prophetas nominibus istis insigni-
 verit; Neque enim Petrus duntaxat & Johannes & Jacobus
 sunt Ecclesie columnæ; neque Johannes Baptista solus erat luc-
 cerna accensa: Sed omnes in unum, qui Ecclesiam operâ
 suâ suffulcunt, bonisque suis operibus aliis prælucunt, & col-
 umnæ dicuntur, & lucerne, vos estis lux mundi, inquit Apo-
 stolis Dominus; Aliosque rursus divinus ille Apostolus columnas
 esse jubet, verbis illis, firmi estote, atque immobiles. Timotheum
 verò columnam pulcherrimam effabricatus est, cum ipsum face-
 ret*

ret (prout voce propria testatur) columnam & fulcimentum Ecclesie veritatis. H. I. Addunt *Basilium*, cujus hæc sunt verba in *Catenâ Græcâ* nondum editâ, referente Cl. *Dan. Heinsio* Exercit. Sacrar. Lib. XIV. c. 3. p. m. 515. Ἐσὶ καὶ σῦλοι τῆς Ἱερουσαλὲμ οἱ Ἀπόστολοι, κατὰ τὸ εἰρημένον, σῦλον καὶ ἐδραῖωμα τῆς ἐκκλησίας. Sunt & Hierosolymorum columnæ Apostoli, secundum illud, quod dictum est, Columna & firmamentum Ecclesie.

§. XXI.

Attamen licet hæc omnia ita speciosè fatis proferrantur, nec quicquam fidei analogiæ contrarium in se contineant, vix tamen firmò videntur stare talò, præfertim cum maximum in prædictâ illâ Ellipsi quarant fundamentum, quæ tamen citra necessitatem Textui Sacro affingenda non est, idem enim & hîc valet, quod *Aug. Pfeifferus* in *Thesaur. Hermenevt. Canon.* 139. ad cap. XIII. §. 4. p. m. 442. de Tropò edisserit: *Tropum* nimirum non esse fingendum, ubi non est. Neq; incongruum esse videtur Ecclesiam & Domum Dei & columnam atque firmamentum veritatis appellare, cum illud καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο fiat, nempe cum respectu Dei, *Domus*, respectu veritatis autem seu doctrinæ cælestis, quæ in illâ propagatur, *columna & firmamentum* dicatur. Sæpenumerò etiam deprehendemus, ut res una eademque appellationes tralatitias varias variis ex rationibus obtineat; sicut & unâ eademque imagine seu similitudine res variæ & à se invicem plurimum discrepantes denotantur, quod fusè docent *Augustinus* Lib. III. de Doctr. Christ. cap. XXV. Comment. in Psalm. XXXV. LXVI. XC. CIII. & CVIII. *Gregor. Nyssenus* adversus Evnom. & *Isidorus Pelusiota* Lib. II. Epist. 175. Unde & *Christus*,

H. 3

nunc

nunc *fundamentum* I. Corinth. III. 11. nunc *Templum* Joh. II. 19. nunc *ostium* Joh. X. 7. 9. nunc *lapis angularis* Pl. CXVIII. 22. nunc etiam *Architectus* Matth. XVI. 18. dicitur. Quoad tertiam denique rationem, aduerimus, illam infirmâ niti consequentiâ, dum ita concludit: Petrus, Jacobus & Johannes, cæteriç Apostoli & Ecclesiæ Doctores alibi in Sacris Literis & SS. PP. scriptis expressâ literâ appellantur *columnæ & fulcra*, ergò etiam hóc locò Timotheus tantum, tanquam Episcopus & Doctor Ecclesiæ Ephesinæ, *σύλῶν καὶ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας* vocatur, quod non procedit, neque evidenti consequentiâ ex textu elici potest. Quin potius contrarium exinde elucefcit, cum enim Apostolus hóc locò per Ecclesiam totam Fidelium, tam Docentium quàm Discipulorum, intelligat congregationem atque societatem, ceu superius §. 8. demonstratum, Titulum huncce non tantum de Timotheo & cæteris Ecclesiæ Doctoribus, verum etiam de quibusvis aliis fidelium auditorum dictum voluit, atque sic verba hæc: *σύλῶν καὶ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας* toti Ecclesiæ tribuit. Malumus itaque inhære communiiori illorum sententiæ, qui hæc verba: *σύλῶν καὶ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας* ad Ecclesiam referunt, & cum proximè præcedentibus verbis coniungunt.

§. XXII.

Ut autem innotescat, quâ ratione Titulus hicce Ecclesiæ conveniat, in antecessum singula verba pensanda erunt. Atque initio quidem vocem *ἀληθείας*, quæ *veritatem* denotat, & juxta nonnullos ex *ἡ ἀληθεία* ac *λήθη*, *lateo*, composita dicitur, eò quod sit notitia rei certæ, adeò ut ejus natura non lateat, lustrabimus. Tribuitur verò *ἀλήθεια* ipsi Deo, & quidem origi-

originaliter atque ἐξοχικῶς Deut. XXXIII. 4. Joh. III. 33. XIV. 6. Rom. III. 4. Apoc. VI. 10. & alibi. Est enim Deus in se & suâ naturâ ipsâ veritas, omnesque ejus viae sunt veritas, juxta Psalm. XXV. 10. Super quæ verba eleganter *Leo Magnus*, Serm. VII, de Quadragesim. p. 41. b. Edit. Paris, ab a. 1661. in fol. *Forma*, inquit, *conversacionis Fidelium ab exemplo venit operum divinorum, & meritò Deus imitationem sui ab eis exigit, quos ad imaginem & similitudinem suam fecit. Cujus utique glorie dignitate non aliter potiemur, quàm si in nobis & MISERICORDIA inveniat & VERITAS.* Per quæ enim ad salvandos Salvator advenit, per hæc ad salvantem debent properare salvati, ut & nos MISERICORDIA DEI MISERICORDES, & VERITAS DEI faciat esse VERACES. H. I. Dicitur hinc ἀληθεια præter Deum etiam aliis de rebus tam divinis quàm humanis, & quidem variâ in significatione. (1. namq; notat in genere conformitatem seu convenientiam intellectus cum re ipsâ, cui opponitur τὸ ψεῦδος, atque hæc de veritatis significatione prolixè differentem vide *Aristotelem* Lib. IX. *Metaph.* c. 10. ejusdemque *Commentat.* h. in l. (2.) sinceritatem ac integritatem animi, oppositam simulationi, vel dolo aut mendacio. Quâ significatione frequenter in Sacris occurrit, veluti *Genes.* XLII. 16. *Esa.* XLVIII. 1. *Jerem.* IX. 3. *I. Corinth.* V. v. 8. *Ephes.* V. 9. VI. 14. *I. Joh.* I. 8. II. 4. & *Jacob.* III. vers. 14. Vocat hanc veritatem *Oecumenius* *Comment.* in Cap. VI. ad *Ephes.* ἀληθεῖαν λόγων, τὸ δολερὸν ἀντιμῆνον, veritatem sermonum, à fraudibus alienorum. Una quoque est hæc veritas non multiplex, sicuti *Chrysostr.* *homil.* III. in *Epist.* ad *Rom.* col. m. 31. E. Tom. III. *Oper.* in N. T. ait: Ποικίλον, καὶ πολυειδές, καὶ συγκειχυμένον

χυμένον ἢ πλάνη ἢ ἄλῆθεια μία, i. e. *Varium, multiforme, & confusum est mendacium, error: veritas autem una.* (3.) Quandoque etiam connotat *firmitatem & certitudinem*, ut Marc. V. 33. Joh. XVI. 7. Hōc sensu Christus vocatur ἢ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια Joh. XVI. 6. quia via est firmissima & certissima, quæ ad Patrem & vitam æternam ducit, sicuti locum hunc explicant *Theophylactus* p. m. 765. B. & *Ammonius* in *Catenâ Græcorum PP.* in Joh. XVI, p. 356. (4.) Interdum ἀλήθεια pro *justitiâ & bonis operibus* usurpatur. Sic Apostolus cū I. ad Corinth. XIII. 6. de *Charitate* dicit: οὐ χάρει ὄπι τῇ ἀδικίᾳ, συγχάρει ἢ τῇ ἀληθείᾳ. *Theodoretus* hæc ita παραφράζει; Μισοῖ τὰ παρόνομα, συνευφραίνεται τοῖς καλοῖς. *Que injusta sunt, habet odio, iis autem, que bona & honesta sunt, delectatur.* Ecce, hic ἀδικία notat *παρόνομα*, *injusta*, à lege aliena, *legi contraria*: ἀλήθεια verò designat *καλὰ*, ea, que *justa & bona sunt*. Similiter II. Corinth. XIII. 8. eodem *Theodoretò* Interprete, ἀλήθεια significat τὰ πρόποια, ea que *decent*, quæ *facere convenit*, ac proinde quæ *bona sunt opera*. Hinc, qui *veritati student*, i. e. *justitiæ & bonis operibus operam dant*, dicuntur ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν *facere veritatem* I. Joh. I. 6. Ulterius (5.) ἀλήθεια etiam ponitur pro eò, quod *opponitur umbris, Typis & ceremoniis V. T.* Quò sensu fumitur Joh. I. 6. 17. ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ ἰησοῦ χριστοῦ ἐγένετο. *Gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Quem locum *Theophylactus* p. 570. B. ita interpretatur: ἀλήθεια καλεῖται καθ' ὅσον ὅσα οἱ πάλαι τυπικῶς ἢ εἶδον, ἢ εἶπον, πάντα λαμπρῶς αὐτῇ ἀνεκέρυξεν, i. e. *Veritas vocatur, eò, quòd quæcunque Patres olim in figura vel viderunt, vel locuti sunt, ea clarè hoc* (sc. *Novum Testamentum*) *prædicavit.* Eodem quoque sensu accipitur Joh.

Joh. IV. 23. 34. XVI. 13. nec non I. Corinth. V. 8. juxta
Theophylacti interpretationem. Denique (6.) ut alias
mittamus vocis hujus significationes sæpius ἀλήθεια
doctrinam salutis, vel veritatem doctrina Evangelica, quæ
verbò Dei continetur, notat, vel ut *Oecumenius* loquitur
in cap. VI. ad Ephes. ἀλήθειαν dogμάτων veritatem dogmatum;
περαμάτων, τῶν ἐπὶ τὸν μακάριον βίον φερόντων κατάληψιν,
earum rerum comprehensionem, quæ beatam spectant vitam,
quæ verba sunt *Basilij M.* Homil. in Psalm. XIV. p. m.
130. E. Tom. I. Oper. De hac veritate videatur Joh.
VIII. 40. 45. 46. XVII. 17. 19. Rom. II. 8. II. Cor. IV. 2.
Gal. III. 1. IV. 16. Eph. VI. 14. I. Tim. II. 4. 7. Tit. I. 1.
I. Petr. I. 22. &c. Hæc veritas est inexpugnabilis juxta
illud *Chrysostomi* Homil. IV. de Paulo col. m. 538. E. Tom.
V. Oper. Τοῦτον ἡ ἀλήθεια, καὶ πολλῶν πολεμῶνται διεγέ-
ραται. Ea est veritatis natura, ut, à multis licet oppugnata,
surgat. Cedit ei quorumvis falsorum dogmatum men-
dacium, quod egregiè atque fusè ostendit *Chrysostomus*
Homil. XXIX. in Johann. col. m. 178. D. Tom. VIII.
Oper. in N. T. cujus aliqua tantum apponemus. οὐδὲν,
inquit, τῆς ἀληθείας φανερώτερον ἢ ἰχυρότερον γένοιτ' ἂν, ὡς περ
ἔ' ψεύδους ἐστὲν ἀθενέστερον, καὶν μυελοῖς ἀρρηπίσματος συ-
σκιαζήται. -- ἡ δὲ ἀλήθεια γυμνῆ πρόκειται πᾶσι τοῖς βε-
λομένοις ἀπὸ τῆς τῆν ὕψην περισκοπεῖν, καὶ ἔτε λανθάνειν βέλει,
ἔτε κίνδυνον δέδοικεν, ἐκ ἐπιβλαῖς τρέμει, κλ. i. e. Nihil ve-
ritati clarius, nihil potentius est, quemadmodum nihil mendaciò
imbecillius, etsi innumeris obtegatur operimentis. -- Veritas
autem nuda omnibus proponitur volentibus ejus pulchritudinem
intueri, neque latere vult, neque periculum timet, insidias non
timeat &c. Ad hanc igitur semper respiciendum, hæc
perpetuò ac firmiter retinenda. Ὅπερ πλοῖον μὲν κέρας,
οἰκία δὲ θεμέλιος, τῆτο τοῖς εὐσεβῶν παραρημένους ἡ τῶν
εὐαγγ-

εὐαγγελικῶν δογμάτων ἀλήθεια. *Quod enim navigio est carina, & fundamentum edificio, id ipsum piè vivere volentibus Evangelicorum dogmatum est veritas, inquit Theodoretus Epist. CXLI. p. m. 1015. Tom. III. Oper. qui etiam Epist. CXXXV. p. m. 1009. B. hæc notatu digna habet: Χρὴ μὴ τοῖς καιροῖς προσαρμόσθω τὰς λόγους, ἀλλ' ἀκλιῆ τῆς ἀληθείας τὸν κανόνα διασώζων αἰεὶ. Non oportet tempori accommodare sermones, sed rectam semper & immotam veritatis conservare normam.* In hâc ultimâ significatione vocem ἀληθείας Apostolus etiam nostrô in locô præcipuè adhibet. Quemadmodum enim ibidem de Ecclesiâ N. Testamenti loquitur, ita quoque sine dubiô per ἀλήθειαν eam intelligit veritatem, quæ in eâ docetur ac promulgatur, nimirum Evangelicam Doctrinam in Scriptis Prophetarum, Evangelistarum & Apostolorum fundatam; quâ de etiam loquitur Eph. II. 20.

§. XXIII.

Hujûs porrô ἀληθείας σύλον καὶ ἐδράκιωμα Ecclesiam vocat. Est autem vocabulum σύλον æquivocum, atq; præter varias, quas admittit, tropicas & improprias significationes, de variis insuper rebus, essentiâ atque definitione prorsus diversis, dicitur. Nam initio *instrumentum bellicum* notat, quod Nostrates ein Fuß-Eisen/ Fuß-Ängel vocant, teste Johanne Rbellicanò in not. ad Lib. VII. Jul. Cæsaris de Bellò Gallic. c. 63. Meminit ejus *A. Hircius Panfa* Lib. de bellò Africanò c. 31. p. m. 775. in his verbis: *Extra vallum Styli cæci mirabilem in modum confiti, vel sine defensoribus aditum adversariis prohibebant.* De cæcis hisce stylis sic quoque *Julius Cæsar* loquitur Lib. VII. de Bell. Gallic. c. 63. p. m. 347. *Ante hæc Taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur;*
medio-

mediocribusque intermissis spatiis omnibus locis differebantur, quos stimulos appellabant. Glandorpius in Annotat. ad locum Hircii paulò antè citatum observat, eos inde cæcos vocari, quòd fuerint occulti & fallentes. Ulterius $\sigma\upsilon\lambda\alpha\theta\epsilon$ sapius etiam Graphium seu Calte, vel Celum, Græcis aliàs $\gamma\lambda\upsilon\phi\epsilon\iota\omicron\nu$ dictum, significat, instrumentum literarium, sive scriptorium veteribus notissimum & usitatissimum, ex ferrò, osse, lignò vel aliâ duriori materiâ, stimuli instar eum in modum præparatum, ut altera ejus extremitas, quâ figurabantur & efformabantur literæ in acutam cuspidem, altera, quâ eadem iterum delebantur & obliterabantur, in obtusum curvamen deserit. Vid. Aloys. Novarinus Tom. II. Adag. Eccles. p. 331. Job. Phil. Pareus in Lexic. Critic. p. 1182. & Job. Jacob. Hoffmannus, in Continuat. Lexic. Univers. sub voce Graphii & Styli. De tali stylò loquuntur Plautus in Bacchid. Act. IV. Scen. 4.

Effër, inquiens, citò stylum, ceram & tabellas & linum.

Cicero Lib. II. in Verrem n. 38. p. m. 104. Tom. II. Oper. Edit. Lugd. ab annò 1578. in fol. *Vertit stylum in tabulis suis, quò factò causam omnem evertit suam.* Plinius Lib. XXXIV. Hist. Nat. cap. 14. Tom. III. p. m. 538. Edit. Lugd. Batav. ab ao. 1669. cum N. V. in Oct. *Et stylò scribere institutum est, ut vetustissimi Autores prodiderunt.* Sidonius Apollinaris Lib. IV. Epist. 17. p. m. 279. Edit. Paris. ab annò 1609. in Q. *Par Ducibus antiquis lingua manūque, sed quorum dextera solebat non minus stylum tractare quam gladium.* Horatius Lib. I. Satyr. 10.

Sepè stylum vertas, iteramq, quæ digna legi sunt

scripturus :

Denique & Quintilianus Lib. I. Institut. Orator. cap. 1.

p. 15. Edit. Lugd. Batav. ab annô 1665. cum N. V. in O. *Cum verò jam ductus, inquit, sequi cœperit, non inutile erit eas tabelle quàm optimè insculpi, ut per illos velut sulcos ducatur stylus.* Præter hæc verò communiter etiam vox $\sigma\acute{\upsilon}\lambda\omega$ columnam designare solet, vel quodlibet, five fit ferreum five ligneum, five alteriùs materiæ, in similitudinem columnæ acuminatum. Ita *Julius Pollux Lib. I. Onomast. c. VIII. n. 5. καὶ γὰρ σὺλω, καὶ κίων ὀνομάζεται columnam enim ὁ κίων significat.* Vid. *Scapula* in *Lexic.* sub voce κίων col. m. 796. Hinc $\sigma\upsilon\lambda\iota\sigma\mu\omega$ columella & ἐπισύλιον trabs aut lapis vel capitellum aliud, quod supra columnam locatur, secundum *Plutarchum* in *Pericle* p. m. 159. *F. Tom. I. Oper. & Athenæum Lib. V. Deipnos. c. 6. p. m. 196. B.* Item $\pi\epsilon\epsilon\iota\sigma\upsilon\lambda\omega$ f. $\pi\epsilon\epsilon\iota\sigma\upsilon\lambda\iota\omega$ locus columnis cinctus apud *Euripidem* in *Andromach. Act. V. & Vitruvium Lib. VI. Architect. c. 10.* qui etiam evolvi meretur *Lib. III. c. 1. & 2.* Figuratè quoque columna illa nubis & ignis mirabilis peregrinantium *Israëlitarum ὄδηγός, τῶν σὺλω νεφέλης καὶ πυρός* dicta fuit, *Exod. XIII. 21. 22.* eò, quod corpus hoc in longum magis quàm latum fuerit extensum, quod & *R. Salomo Ben Melech* ad citatum *Exodi* locum annotat, quando ita dictum fuissè corpus hoc judicat, quia similitudinem habebat cum columnâ. Simili ratione *Columella Lib. V. de re Rusticâ cap. IX.* radicem rectam & oblongam in nucibus ad columnæ five styli similitudinem prorumpentem $\sigma\acute{\upsilon}\lambda\omega$ vocat. Et hæc acceptio hujus est loci. Ab hæc autem voce $\sigma\acute{\upsilon}\lambda\omega$ alia est vox $\sigma\acute{\eta}\lambda\eta$, pylam seu lapidem è terrâ exstantem, & munitionis vel signi gratiâ erectum, significans. Unde *Homerus Lib. XII. Iliad. p. m. 231.*

σῆλας

σῆλας ἢ περιβλήτας ἐμόχλευον, ἃς ἄρ' Ἀχαιοὶ
 πρώτας ἐν γαίῃ θέσαν ἐμμεναι ἔχματα πύργων.
Pylasq; prominentes vestibibus avellabant, quas Græci
primas in terrâ posuerant, ut essent sustentacula Turrium.

Plerumque etiam accipitur pro Cippò, seu columnâ,
 quæ in sepulchris statuebatur, aut in quâ fœdera inscri-
 bebantur, vel alia, quæ Posteritati mandare cuperent.
 Sic iterum *Homerus Lib. XVII. Iliad. p. m. 322.*

- ὥσε σῆλη μένει ἔμπεδον, ἢ τ' ὄππ' ὑμῖν βῶ
 Ἄνδρες εἰσῆκει τεθνηότ' ὄ, ἢ γυναικός.
 - - *veluti cippus manet firmiter, qui super tumulo*
viri stat mortui, aut mulieris.

Et *Thucydides Lib. V. Belli Peloponnes. fol. 220.* refert,
 Jusjurandum unâ cum placitis fœderalibus ἐν σῆλη λι-
 θίνῃ h. e. cyppò seu columnâ lapideâ fuisse descriptum.
 Hinc *σηλώω* Stelen seu Cyppum erigo, stabilio. II. Sam.
 XIX. 17. *σηλιτεύω* in cyppò inscribo, &c. vid. *Julius*
Pollux Lib. VIII. Onomast. cap. XIV. p. 1412. Lib. III.
c. 19. p. 155. Lib. VIII. c. 7. p. 393. & Lib. V. c. 37.
p. 262. Quanquam à nonnullis Scriptoribus *σύλλογος*
 cum σῆλη passim promiscuè permutetur, & non tam
 pro cyppò quàm aliâ quâcunque columnâ usurpetur,
 uti id pariter elucescit ex locis *Julii Pollucis* modò ci-
 tatis.

§. XXIV.

Porrò quod *ἐδρανώματος* vocem attinet, illa quidem
 quantum invenire potui, præterea nullibi apud profa-
 nos Scriptores occurrit, à *Varinò* tamen in *Lexicò* col.
 m. 561. (quod teste *Henricò Stephano* Tom. I. *Theaur*
Græcæ Lingv. de Lit. A. col. 20. è *Suida, Hesychiò, Eu-*
stathio aliisque Scholiis Græcorum passim congestit)

ἑστῆγμα i. e. *fulcrum, fulcimentum, stabilimentum, sustentaculum, firmamentum*, interpretatur. Descendit vox ἑδραίωμα originaliter ab ἕζωμι vel ἕζω, quod est *sedeo, sedere facio, colloco, pono*. Unde ἕδρα, quod primò quidem *sellam, sedem*, ut & *confectum*, καθ' ἕδραν, ἑστῶν ac ἕδραν βαλῆς ut *Varinus* l. c. interpretatur, significat. Deinceps verò & ὑποβεβλημένον *superstratum & suppositum quid suscipiendae ac fulciendae rei gratiâ, basin vel sedimentum* denotat. Sicuti *Plutarchus* in *Demetrio* Tom. I. Oper. p. m. 898. B. Edit. Parif. ab annò 1624. in fol. de Ἐὸ refert, quod *Rhodiis intulerit bellum - - maximamque helepolim* (i. e. *machinam obsidionalem seu instrumentum bellicum arietis instar, de quò Godescb. Stevechius* Comment. ad *Lib. IV. Vegetii de re milit. cap. 14. p. m. 415. Edit. Vesal. ab annò 1670. in O.) admovent muro*. Cujus fuit ἕδρα τετραγώνος *quadrata basis &c.* Ab ἕδρα dicitur ἑδραῖον, quod est *stabile, firmum, saetheron, ασάλευτον, βάσιμον, σερεόν, Hesychiò* Interprete in *Lexic. p. m. 287.* Quomodo & in illò *Pauli ἑδάροι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι* I. ad *Corinth. XV. 58. & in istò ad Coloss. I. 23. τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι*. Indeque ἑδραῖα *ζῶα Euripidi* dicuntur *Animalia stabilem vitam agentia, quibus opponuntur νομαδικὰ, teste scapula* in *Lexic. sub voce ἕζωμι col. m. 440.* Hinc ἑδραῖός, quod est *stabilis, firmo*, ac denique ἑδραίωμα, quod juxta communem *Lexicorum Interpretationem vel basin & fundamentum, vel sustentaculum, fulcimentum & firmamentum, vel etiam sedem quamcunque firmam, cui res alia inicitur & insistit, significat, utut hoc ipsum de cæterò nullâ aliâ firmari possit autoritate.* Sicque ejus *Synonyma sunt: ἑξαισμα, σεραῖωμα, ἑστῆγμα, βάθρον.* Et licet vox ἑδραίωμα nec apud alium quempiam

piam Græcorum Scriptorum, nec aliò in locò Sacrae Scripturæ legatur, fatis tamen vel ex ipsâ conjunctione ejus cum voce $\sigma\lambda\theta$ apparet, quod hęc locò primò intuitu nihil aliud designare possit, quàm *tale aliquod, cui aliud quid*, perinde ac Columnæ, *innuitur & insistit*. Jam si verba hæc: $\sigma\lambda\theta$ καὶ ἰεράκιωμα τῆς ἀληθείας secundum datam eorundem significationem explicentur, sensus eorum hic foret: *Ecclesia est columna & firmamentum seu fulcrum, stabilimentum, basis & fundamentum veritatis seu Evangelicæ & salvificæ fidei doctrine*. Quòcum etiam apprimè consentiunt variæ & antiquiores & recentiores hujus loci Versiones; Ita namque SYRIACA habet: *Columna & fundamentum veritatis*. ARABICA: *Columna veritatis & basis ejus*. ÆTHYOPICA: *Columna & fulcrum*. VULGATA: *Columna & firmamentum*. BEZA: *Columna & stabilimentum*. Doctissimus Salomo Glassius, Lib. V. Philolog. Sac. Tractat. I. cap. 13. p. m. 906. Edit. Amstelod. ab annò 1694. in Q. aliter hæc verba explicat, idque occasione vocis ἀληθείας, quam in concretò fumentam esse putat, ita ut idem sit atque ἀληθὲς verum, opponaturque *typico & umbratili*, quâ de significatione ἀληθείας superius §. 22. dictum. Hęc ratione Ecclesia hęc à Paulo diceretur *columna & firmamentum* non veritatis, seu respectu doctrinæ fidei salvificæ; sed *verum*, respectu columnarum istarum in Templò Salomonis, quæ non veritas, sed tantum umbra & typus futurorum fuerunt. Explicationem hancce suam corroborat locis quibusdam parallelis, in quibus itidem abstractum ἀλήθεια pro concretò ἀληθὲς ponitur, veluti Act. XXVI. 25. ῥήματα ἀληθείας pro ἀληθῆ. Et Ephes. IV. 24. ἰσιότης τῆς ἀληθείας pro ἀληθῆς. Verunramen huic

huic explicationi obstare videtur illorum opinio, qui vocem ἀληθείας hōc locō *subjectivè* vel potius *objectivè* usurpari contendunt, ita ut Ecclesia dicatur *columna* & *firmamentum* non tam verum, quàm ipsius *veritatis cœlestis*, quia eandem in verbō Dei scriptō traditam confitetur, custodit & defendit. Atque hæc interpretatio vel ex hōc priori probabilior existit, quod non tantum majorem præ se ferat *emphasin*, sed etiam *consensum* habeat Ecclesiæ, cui, docente *Chemnitio* in *Examine Concilii Trident.* Part. I. p. m. 68. A. Edit. Francof. ab ao. 1609. in fol. *Apostoli & Apostolici Viri non solum textum Scripturæ, sed etiam legitimam interpretationem tradiderunt.* Id quod inferius suō locō innotescet. Nec omnino hīc prætermittenda est elegantissima illa *Hug. Grotij & Hammondij* in h. l. item *B. Gerhardij* in *Loc. de Eccles.* cap. IX. §. 116. *Ioh. Cunr. Dieterici* in *Antiqvit.* N. T. sub voce *ἑδραίωμα*, aliorumque observatio, qui *Figuram* illam, quæ *Rhetoribus* *ἐν διὰ δύο* five *ἐν διὰ δύοῖν* dicitur in hisce verbis: *ὄπλα καὶ ἑδραίωμα* occurrere docent. Hujus autem *Figuræ* ratio & natura, notante *Servio* ap. *Gerh. Ioh. Vossium* Lib. V. *Instit. Orat.* cap. IV. §. 4. in hōc consistit, quod *rem unam in duas dividat, interpositâ conjunctione*, estque *Poëtis* usitatissima. Veluti quando *Virgilius* Lib. I. *Æneid.* *virum armatum* introducturus, his utitur verbis:

Arma virumque cano

Et II. *Georgic.*

- - - *Pateris libamus & auro.*

Pro *pateris aureis.* Nec non in *Eclogis* :

Cum canerem Reges & prælia:

i. e. *Regum prælia.* Atque sic secundum hanc figuram
sensus

sensus verborum nostrorum hic foret: Ecclesia est
 columna & firmamentum, i. e. *firma & stabilis*. Addit
 Doctiff. *Glassius* l. c. & quidem eruditè, quòd juxta
 hanc interpretationem Genitivus ille ἀληθείας in abstra-
 ctò sumptus, causam efficientem notet, Veritate enim
 cœlesti seu verbò Evangelicæ veritatis & salvificæ fidei
 fit, ut Ecclesia sit *firma & stabilis columna* super Christò
 verâ Petrâ; sicuti id expressis verbis ipse Salvator doc-
 cet, dum ita pro confirmatione & conservatione Fide-
 lium suorum sive Ecclesiâ N. T. orat: ἀγιάσον αὐτὰς ἐν
 τῇ ἀληθείᾳ σου ὁ λόγος ὁ σὸς ἀληθεὶς ἐστίν. *Sanctifica eos in*
veritate tuâ, sermo tuus veritas est. Joh. XVII. 17. Quam
 sanctificationem eòdem Cap. vers. 11, per confirma-
 tionem vel conservationem explicat, ita orans: πάτερ
 ἄγιε, πήρητον αὐτὰς ἐν τῷ ὀνόματί σου, ἃς δέδωκάς μοι. *Pater*
sancte, serva eos in nomine tuò, quos dedisti mihi; ut sint
unum (nimirum in fide & doctrinâ veritatis) *sicut &*
nos. Hinc etiam Apostolus Corinthios jubet I. Epist.
 XV. 58. ut sint ἐδραῖοι, ἀμετακίνητοι *firmi & immobiles*, in
 Evangelicâ scil. veritate à se prædicatâ & scriptò exhi-
 bitâ, sicuti vers. 1, 2. & 3, insinuaverat. Colossenses
 quoque suos vult permanere τεθεμελιωμένους καὶ ἐδραῖους,
fundatos ac firmos, Coloss. I. 23. in quò? τῇ πίστει (quæ
 est πίστις τῆς ἀληθείας II. Thessal. II. 13.) *nec dimoveri à*
spe Evangelij, auditi ab ipsis & prædicati apud universam crea-
turam, ut ibidem sequitur. Genitivum autem ἀληθείας
 commodè de causâ efficiente explicari posse, similia e-
 docent exempla Devt. XXXII. 19. Job. XIV. 1. Esaiæ
 LIII. 4. Matth. XXV. 34. Rom. III. 23. occurrence, &
 alia plura, quæ Doctiff. *Glassius* refert Lib. III. Philolog.
 Sacri. Tractat. I. Canon. 30. num. 1. p. m. 292. Hæc
 K itaque

itaque ratione Ecclesia ab Apostolò dicta est *columna*, non *firmans* ac *stabiliens* *veritatem*, sed à *veritate firmata* & *stabilita*.

§. XXV.

Subscribunt huic interpretationi inter plurimos B. Gerhardus in Confess. Cathol. Lib. I. Part. II. cap. 11. Arg. VI. p. m. 192. B. Edit. Francof. ab annò 1679. in fol. ubi postquam Jac. Fabri Stapulensis sequentia verba ex ipsius Commentariò in hunc locum adduxisset: *Fundamentum aliud nullus potest ponere, præter id, quod positum est, qui est Jesus Christus. Nam hoc Christo convenit, non Ecclesiæ, quæ est fundata & superædificata, non fundamentum. Christus autem est Ecclesiæ fundamentum. Spiritualium autem fundamenta sursum sunt (instar columnæ) non terrenorum more deorsum.* Postea hæc addit: *Ergò Ecclesia non est fundamentum veritatis, sed veritas est fundamentum Ecclesiæ, Ephes. II. 20. Ecclesia autem est ἐδρασίωμα, repositorium sive sedes non absolue, quasi quicquid Ecclesia statuit, sit verum; sed conditionate, quatenus sequitur vocem Christi in Scripturis sonantem. Nimirum firmamenti nomen non debet sumi active, sed passive, ut firmamentum veritatis sit, quod à veritate firmatur; ut fundamentum DEI II. Timoth. II. 19, quod à DEO positum est, non super quod Deus fundatur: Et πλήρωμα & Θεὸς Ephes. III. 19. non quod Deum complet, sed quod à Deo completur. Sic Ecclesia est columna & ἐδρασίωμα veritatis, i. e. sustentata à Veritate, non primò & absolute sustentans veritatem. H. I. Sic quoque B. D. Humius in Colloquiò Ratisbon. Sess. VII. p. m. 122. ad locum illum ex I. Timoth. III. allegatum respondet: *Difficiendum est, quò sensu columna veritatis appelletur Ecclesia. Tenendum ergò, quod fundamentum Scripturæ seu veritatis non sit**

fit Ecclesia, sed Scriptura seu veritas sit fundamentum Ecclesie, juxta manifestum locum Ephes. II. superstructi estis super fundamentum Prophetarum & Apostolorum. Thom. Gatakerus Lib. II. Advers. Miscellan. cap. XX. col. m. 388. G. citat hanc in rem verba *Victorini Strigelij*, Scriptoris circa medium Seculi XVI. clari, quæ hæc sunt: *Potest passivè dictum intelligi; Ecclesia fulcitur & sustentatur, non opinio-num commentis, quæ dies delet, sed veritate, quam tempus confirmat.* His subdit verba *Lanceloti*, Præfulis Vintoniensis, ad *Bellarmini* Apolog. Respons. cap. XIV. ubi ita: *Columna ea (nempe Ecclesia) veritatis sic est; non cui veritas innixa, sed quæ ipsa veritati. Neque enim Columna hæc in aëre pendet: basin habet & crepidinem. Ubi, nisi in verbo DEI? Vid. Sebast. Schmidt in Colleg. Bibl. Poster. Loc. XVI. Diçt. II. §. 15. 16. & alii. Consentit ex Pontificiis Scriptoribus Cornelius à Lapide Comment. in h. l. cujus hæc sunt verba: Ecclesia passivè firmatur in fide, & veritate per assistentiam Spiritus S. Laudat insuper & adducit verba illa Hieronymi ex Comment. Ejus in h. l. Ecclesia est columna & firmamentum veritatis, quia in eâ solâ stat veritas firmata, quæ sola sustinet adificium Ecclesie. Imò jam ante hos & ipsi antiquæ Ecclesiæ Patres idem docuere, quos inter primò locò adducemus, qui in nostrâ verba commentati sunt. Itâ autem *Chrysostomus* Homil. XI. in h. l. col. m. 471. Tom. VI. Oper. in N. Testam. ἡ γὰρ ἀλήθεια ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ σῦλον καὶ ἐδραίωμα h. e. Veritas est Ecclesie columna & firmamentum. Nec non *Theodoretus* Comment. in h. l. p. m. 477. D. οἶκον γὰρ, inquit, θεῶν καὶ ἐκκλησίαν τῶν πεπιστευκότων τῶν σύλλογον προσηγόρευσε· τῆς γὰρ σῦλον καὶ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας· ἐπὶ γὰρ τῆς πίστεως ἐρητισμένοι, καὶ ἀκλόνητοι διαμένεσι, καὶ*

Διὰ τῶν πραγμάτων κηρύττοντες τὴν τῶν δογμάτων ἀλήθειαν.
*Domum, inquit, Dei & Ecclesiam, appellat coetum eorum, qui
 crediderunt; eos dixit columnam & firmamentum veritatis,
 Supra Petram enim fundati, stabiles & immobiles permanent,
 & rebus ipsis predicant dogmatum veritatem. Pariter & alii
 aliis in locis, veluti Ignatius in Epist. ad Philipp. sub init.
 p. m. 171. & 172. Edit. Oxon. ab ao. 1644. in Q. Com-
 memoro vos, ait, cursus vestri in Christo, ut id ipsum dicatis
 omnes, unum sentientes; in hoc ipso fidei canone fixi. τῶ ἀληθῶ
 καὶ ὀνὶ τῆς πίστεως στήλητες. Clemens Alexandrinus Libr. II.
 Stromat. p. m. 384. D. Ἡ πῶνον συνέχευσα τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς
 Φησιν ὁ ποιμὴν, ἄρετή, ἡ πίστις ὄσι, δι' ἧς σώζονται οἱ ἐκκληστοὶ &
 Θεῶ. i. e. Quae ergo Ecclesiam continet, ut Pastor inquit, virtus,
 est fides, per quam servantur electi Dei. Athanasius in Epist.
 ad Serapionem de Spiritu S. Tom. I. Oper. p. m. 202. C.
 Videamus adhuc, inquit, illam ipsam ab initio traditionem, & do-
 ctrinam, & fidem Catholicæ Ecclesiae, quam Christus quidem dedit,
 Apostoli verò predicaverunt & Patres servaverunt. Ἐν πάσῃ γὰρ
 ἡ Ἐκκλησία τεθεμελιώται· καὶ ὁ πάντης ἐκπέπλων ἔτι ἂν ἦε ἔτι
 ἂν λέγοιτο χριστιανός. In hac enim Ecclesia fundatur, & qui
 inde excidit, neque esse, neque dici poterit Christianus. Se-
 quitur Hilarius Pictaviensis, qui Lib. II. de Trinitat.
 supr. med. col. 32. Edit. Paris. ab annò 1652. in Fol. sic
 loquitur: Unum igitur hoc est immobile fundamentum, una
 hac est felix fidei petra, Petri ore confessa: tu es Filius DEI
 vivi, tanta in se sustinens argumenta veritatis quanta perversi-
 tatum questiones, & infidelitatis calumnie movebuntur. Et
 Lib. VI. de Trinit. sub fin. col. 121. C. Hec fides, inquit,
 Ecclesiae fundamentum est, per hanc fidem infirmæ adversus
 eam sunt portæ inferorum &c. Pariter & Ambrosius in Lib.
 de Benedic. Patriarch. cap. V. Tom. I. Oper. col. 408. B.
 Edit.*

Edit. Parif. ab annò 1642. in fol. *Sicut est, inquit, Sacrosancta Ecclesia radicata atque fundata in fide, spectans hereticorum procellas & naufragia Judaeorum.* Succedat Gregorius M. qui Lib. IX. Moral. c. 5. col. 235. B. Edit. Parif. ab anno 1640. in fol. *Sancta, inquit, Ecclesia proficit atque ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit. Unde & aptè mox subditur: Quod fundata in fide Christi Ecclesia.* Tandem inter plures alios agmen claudat *Immoentius II.* qui apud *Bernbardum*, Scriptorem Seculò XII. clarum Epif. CXCIV. quæ est Rescriptum adversus hæreses *Petri Abailardi*, Tom. I. Oper. p. m. 82. b. Edit. Parif. ab ao. 1667. in fol. statim in princ. hæc habet: *Testante Apostolo, sicut unus Dominus, ita una fides esse dignoscitur, in qua tanquam in immobili fundamentò, præter quod nemo potest aliud ponere, firmitas Catholice Ecclesie inviolata consistit. Inde est quod B. Petrus, Apostolorum Princeps, pro eximia hujus fidei confessione à Domino ac Salvatore nostro audire meruit: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, petram utique firmitatem fidei, & Catholice unitatis soliditatem manifestè designans. H. I. Est igitur Ecclesia columna in veritate Doctrinæ Evangelicæ seu fidei salvificæ fundata ac obfirmata.*

§. XXVI.

De cæterò quivis hîc iterum facile advertit Metaphoram in hisce verbis *σύλῶ καὶ ἐδράματα* sitam esse, nequè enim propriè hæc Apostolus de Ecclesiâ enunciat, sed quemadmodum eandem per Metaphoram *ἰκόν ἰσθ* vocaverat, ita & nunc Columnæ comparat. Cùm autem in omni Metaphorâ tria occurrant, *significatio propria, aliena, & similitudo* vel *proportio*, docente Gerh. Joh. *Vossio* Lib. IV. Instit. Orat. c. VI. §. 1. aliisq; Rhe-
toribus

toribus, singula & nos in explicatione hujus Metaphoræ observabimus. Initio itaq; nonnulli vocem *σύλη* hinc in sensu architectonico accipiendam esse putant, prout notat fulcrum rotundum seu teres ad ædificiorum tecta vel aliam quancunque molem fortius sustinendam adhiberi solitum, cujus plerumque tres sunt partes: *Basis*, (Italis la Basa, Germanis der *Seulen-Fuß*) *Scapus medius* (il Fusto, der Stamm) & *Capitulum*; (il Capitello, der Quauff.) Atque hæc ratione à Paulo ad Ecclesiam translata, significare, Eandem veritatis Columnam atque firmamentum esse, non tantum *passivè*, sed etiam *activè*, quatenus ipsa superstructa super Fundamentum Prophetarum & Apostolorum, existente summò angulari lapide Christo, divinam illam veritatem Prophetis & Apostolicis Scriptis comprehensam, atque in editò quasi per univèrsam terrarum orbem præconiò verbi collocatam, instar Columnæ suò ministeriò suffulcit, inter homines sustentat, interpretatur, custodit, ab interitu vindicat, ad Posteròs fideliter transmittit, & omnibus commendat, ut inde, non aliunde, rationem consequendæ salutis discant. Hòc autem pacto Ecclesia est Columna & Firmamentum veritatis non *simpliciter* & *absolutè*, sed *secundùm quid* & *relatè*, nempe relatione ad nos factâ, *ὁργανικῶς*, confessione, custodia, professione & testimonio doctrinæ cœlestis, præclari instar depositi sibi commendati; quò etiam respectu Scripturæ *Testis*, *Custos*, *Vindex*, *Præco* & *Interpres* dicitur. Admittit hanc interpretationem inter Nostratium DD. vel ipse B. Gerhardus in Loc. de Eccles. cap. IX. §. 116. cujus sunt ipsissima verba, quæ paulò ante à nobis adducta, præter quæ & alia plura loc. cit. hanc in rem habet, quibus tandem hæc subjungit: *Hanc explica-*

toribus

K

plica-

plicationem uti non improbamus, ita minimè adversatur nobis, si columna vox in significatione architectonica accipiatur, propter additum vocabulum ἑδραίωμα. Vid. B. Calovius in Bibl. Illustr. Tom. II. p. 962. E contrariò verò plerique vocem σύλα⊕ hòc locò in significatione Forensi seu Politicà sumendam esse censent. Præter varios enim, quos Columnæ Veteribus præstabant usus, nec minimus hic fuit, quòd in Curiis & ante Prætoria positæ, ad eas Leges & Decreta Magistratús publicà autoritate appendere, vel etiam iisdem incidere consueverint. De quò columnarum usu, satis luculenta antiquissimorum Scriptorum profant documenta. Ita namque Dionysius Halicarnassæus Lib. X. Antiquit. Rom. p. m. 681. Edit. Lipf. Græco-Latin. ab annò 1691. in fol. Ἐπικυρώσαντος ἡ κῆϑ ἔ δῆμz τὰς νόμzς, σήλαzς χαλκαῖzς ἐγχαράξασθαι αὐτὰzς, ἐφεξῆzς ἔθεσαν ἐν ἀγορᾷ, τὸν Πρωφανέσασθον ἐκλεξάμενοι τόπον. i. e. Leges plebiscito confirmatas & columnis æneis incisas, unà serie proposuerunt in locò Fori maximè conspicuò. Item Dio Cassius Lib. XLI. Hist. Rom. p. 159. Edit. Hannov. Græco-Lat. ab ao. 1606. in fol. Ὅτε, inquit, ἡλι⊕ σύμπαz ἐξέλιπε κῆ κεραυνοὶ σκῆπτρον τε Διὸz κῆ ἀσπίδα, κέρν⊕ τε ἄρεωz, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἀνακείμενα, κῆ προσέλι κῆ τὰς σήλαzς τὰς τὰς νόμzς ἐχέσασ ἐλυμήναν⊕: h. e. Sol totus deliquium pertulit. Sceptrum Jovis, galeaque Martis in capitolio reposita, itemque columnæ, in quibus Leges exstabant, de calo rasta sunt. Ex Varrone Macrobius Lib. I. Saturnal. cap. XIV. refert, antiquissimam Legem fuisse incisam in columnà ærea, à L. Pinatio & Furio, Coss. cui mentio intercalaris adscribitur. Vid. Josephus Lib. I. Antiquit. Judaic. cap. III. p. m. 8. A. Edit. Genev. Græco-Latin. ab ao. 1634. in fol. Plinius Lib. VI. H. N. cap. 29. & Alexander ab Alexandro Lib. III. Geneal.

Geneal. Dier. cap. 7. Nec Leges tantum, sed & Fœdera & Pacta conventa publica, aliaque negotia, quæ nôsse quosq; juvabat, Columnis incisa legimus. Testatur hoc Cicero Orat. pro L. Cornel. Balbô Tom. II. Oper. p. m. 524. *Cum Latinis omnibus, inquit, fœdus idem Sp. Cassio, Posthumio Cominio Coss. quis ignorat? quod quidem nuper in Columnâ eneâ, meminimus post rostra incisum & perscriptum fuisse.* Idem & refert Livius Lib. II. Histor. cap. 33. sub finem. De Augustô Dio Cassius Lib. LIV. Hist. Rom. p. 526. B. hæc habet: *Προσάτης τῶν περὶ τὴν Ρώμην ὁδῶν ἀρεθεῖς, τὸ χρυσῶν μίλιον κεκλημένον ἔθηκε.* i. e. *Curator viarum, que circa Romam sunt, constitutus, Milliarium aureum, quod dicitur, statuit.* Quod milliarium Plutarchus in Galbâ per columnam auream interpretatur, dum id fuisse docet *κίονα χρυσῶν εἰς ὃν αἱ τεμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι; columnam auream, ad quam vix omnes ex Italiae partibus singulis desinunt.* Porrò de eodem Augustô idem memorat Dio Cassius Lib. LVI. Hist. Rom. p. 591. B. quod morti proximus Res à se gestas Columnis seu Pilis duabus æneis inscribi, testamentô mandaverit; Verba Dionis hæc sunt: *τὰ ἔργα ἃ ἔπραξε πάντα, ἃ ἔειπε χαλκῶν στήλας, πρὸς τῷ ἱερῶν αὐτῆς θαλάσσης ἀναγραφήναι ἐκέλευσε.* i. e. *Rerum à se gestarum omnium syllabam reliquit; quas & in columnas, sive pilas æneas incidi & ante Sacrarium suum statui jusserat.* Nec aliter capiendum, quod de Cicerone idem Dio Cassius Lib. XXXIX. p. 100. C. memoriæ prodidit: *ἀνηλθέ τε εἰς τὸ Καπιτώλιον, καὶ τὰς στήλας ὅτι τῇ ἑαυτῆς Φυγῇ ὑπὸ Ἐκλωδίου θαλάσσης καθέλειν.* i. e. *In Caputolium ascendit, pilasque de exilio suo à Clodio fixas dejecit.* Quin etiam in Templis & Delubris apud Græcos hujusmodi columnas erectas fuisse, quibus vel

vel Leges vel Fœdera vel Narrationes Historiæ & his similia adscripta vel affixa erant, passim Autores referunt. Sic in antiquissimò Bacchi Templò, quod in Limnis erat propè aram lapideam columna fuit, in quâ Lex perscripta, *de uxore à Rege, cive, virgineque ducendâ*, teste *Demosthene* Orat. in *Næram* p. m. 873. C. quam & suò adhuc tempore stetisse addit. In Delubrò etiam seu Templò Herculis, quod *Cynosargis* dicebatur, ad Columnam quandam appensum fuisse $\Psi\eta\Phi\sigma\mu\alpha$ seu quoddam Alcibiadis Decretum, *Athenæus* memorat Lib. VI. *Deipnos.* cap. VI. p. m. 234. D. cujus $\gamma\epsilon\gamma\mu\mu\alpha\tau\omega\varsigma$ *Stephanus*, *Thucydidis* filius fuerit. Idem *Athæus* l. c. p. m. 235. B. de Templò quòdam *Castoris & Pollucis*, $\alpha\nu\acute{\alpha}\kappa\epsilon\upsilon\omicron\nu$ dictò, refert, quod in eò columna fuerit, in quâ hæc inscripta: *E bobus, præcipuis duobus selectis, tertia pars Ludis celebrandis impendatur: è duabus reliquis altera tribuatur Sacerdoti, altera Parasitis.* De Olympii Fanò *Pausanias* in I. *Eliac.* s. Lib. V. Græc. cap. 12. p. m. 407. hæc scribit: $\text{Ἐπὶ λαίῃ ἢ ἄλλαι πῆ ἐσῆκασιν, καὶ ἡ πρὸς Ἀθηναίους καὶ Ἀργείους πῆ καὶ Μαντινέας ἔχουσα ὄρκιον παρὰ Ἡλείων ἐς συμμαχίαν ἐτῶν ἑκατὸν.}$ *Erectæ verò sunt & alia pile, & ea inter ceteras, in quâ sædus testatum est, quod cum Eleis in annos centum Athenienses, Argivi, & Mantinenses fecere.* Ex *Evhemerò* *Lactantius* narrat Lib. I. *Instit. Divin.* cap. XI. p. m. 47. in *Jovis Triphylj Fanò* ab ipso *Jove* auream columnam positam fuisse, in quâ gesta sua perscripserat, ut monumentum posteris esset rerum suarum. Eundem denique usum & columnas *Isidis* atque *Osiridis* apud *Ægyptios* obtinuisse, ex *Diodori Siculi* Lib. I. *Histor.* cap. 27. p. m. 23. Edit. *Hannov.* ab ao. 1611. in O. constat. Nec omittendus hîc est sanctorum ille columnarum usus, quem refert *Job. Jacob. Hoffmannus* in

L

Con-

Continuat. Lexici Univers. Tom. I. sub voce *Columna*, p. 493. b. Edit. Basil. ab ao. 1683, in fol. *Uti*, inquit, *in medijs adibus erectas habuere Romani: sic apud Hebræos quævis Synagoga in mediò columnam habuit, in quam ascendebant Doctores, verba ad populum facturi.* H. I.

§. XXVII.

Quodsi jam in hâc ultimâ significatione vocem *Columnæ* ab Apostolo h. l. ad Ecclesiam translata esse, dicendum foret, Ecclesia iterum diceretur *Columna & firmamentum veritatis*, quatenus est *publicus Custos & Testis ejus*, quatenus eandem per universum Terrarum Orbem divulgat, ad Posteròs immutabiliter transmittit ac omnibus commendat. In Ecclesiâ enim Dei, tanquam in *Columnâ ære quôvis perenniori* juxta Matth. XVI. 18. & in loco conspicuò, urbis ad instar super montem sitæ, collocatâ, juxta Esa. I. 2. Mich. IV. 1. Matth. V. 14. prostant Legis divinæ Tabulæ, in quibus via ad vitam & salutem æternam unica delineata & descripta; Pacta denique inter Deum genusque humanum conventa, quæ nôsse omnium profectò maximè inreerest. Arridet hæc interpretatio hujus nostræ Metaphoræ uti plerisq; ita & in specie *Franc. Junio* Bituricensi, sic enim is in *Animadversionibus adversus Bellarmin.* ad Tom. I. Controv. III. Lib. III. cap. 14. §. 6. *Ecclesia Dei Columna dicitur & ἑδραίωμα*, i. e. *Abacus stylobatesque Columnæ*, non ratione architectonica, ut *Columna sustentaculum & fulcimentum est Domûs*; nam si *fulcimentum est*, quomodo est *Domus fulcimento nitens*? sed ratione forensi; prout in *Curiis & antepretoria Columnæ exstant & Cippi*, ad quos appenduntur *Autoritate publicâ Leges atq; Programmata.* Est igitur hæc *columna cum suâ Basi, custos veritatis, non firmamentum Domûs.* Ita duobus

duobus Elogiis Ecclesiam exornat Apostolus; quorum alterum
 primum est, respectu Dei, Domus est DEI viventis; alterum
 secundarium, respectu nostri, columna est, & quidem firmissima
 ac fundatissima veritatis, quam nobis proposuit in ipsa DEUS.
 Sic enim ex Curiâ atque Pratoriò ad Valvas aut Columnas, ut
 Roma olim pro Rostris, decreta exhibentur, & proscribuntur fo-
 ris, proscripitaque custodire in eis solent. H. I. Subscribunt
 etiam huic explicationi B. Gerhardus l. c. §. 116. qui iti-
 dem hanc in rem Balthas. Meisneri, celeberrimi quondam
 Wittebergensis Theologi, citat & adducit verba; Fride-
 ricus Balduinus in Phosphorò Cathol. Lib. VIII. c. 2. p. 754.
 Albertus Graverus in Anti-Coster. Disp. III. §. 4. & seqq.
 Casp. Eras. Brochmandus Tom. II. Systemat. Theolog. Ar-
 ticul. de Ecclesiâ cap. II. quæst. 5. dub. 1. Object. I.
 Job. Andr. Quenstedius Part. IV. cap. XV. de Eccles. Sect.
 II. p. 502. a. & alii. Utut verò hanc interpretationem
 plerique amplectantur doctissimorum Virorum, præfert
 tamen eidem Thom. Gatakerus loc. sæpius cit. col. 392.
 priorem, ac mavult cum eis calculum suum dare, qui
 ad Columnam suffultricem, quam qui ad pylam promulgatri-
 cem, Apostolum h. l. alluisse statuunt. Rationem addit
 hanc: quia hæc pyla seu Columna promulgatrix pie-
 rumque *στήλη* fuerit dicta, unde *στήλης*, *στήλην*, *στυλο-*
γραφείν, &c. quorum superius mentio facta, hoc autem
 locò Apostolus Ecclesiam non *στήλην* sed *σύλον καὶ ἐδραίωμα*
τῆς ἀληθείας i. e. Columnam suffulcientem & sustentan-
 tem appellet. Quicquid verò sit, non urgebimus con-
 tra Gatakerum, vocem *σύλον* quandoque pro *στήλην*
 poni & usurpari, censente Clariss. Gothofredo Exercit. I.
 in I. Timoth. III. 15. col. m. 930. præsertim cum juxta
 nonnullos Grammaticos ejusdem sit originis cum *στήλη*,

descendens à verbō ἵημι, referente *Scapula* in Lexic. sub voce *σὺλον* col. m. 1550. & 1551, perinde profectò erit, sive priorem illam, sive posteriorem hanc amplexi fuerimus explicationem, cum utrinque idem hic Metaphoræ hujus sensus enascatur, nimirum Ecclesiam ab Apostolò h. l. *σὺλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας* dici, quatenus eandem ministeriò suò non tantum inter homines promulgat atque manifestat; sed etiam custodit, conservat & vindicat, atque ita suffulcit & sustentat. Utrumque satis perspicue tot egregia SS. Ecclesiæ PP. ostendunt & comprobant testimonia, quorum tamen magnò ex numerò aliqua tantum adduxisse, pro instituti nostri ratione sufficiens futurum putamus. Ita autem *Irenæus* Lib. I. advers. Hæres. cap. 2. *Ecclesia*, inquit, *per orbem universum usq. ad fines terræ seminata & ab Apostolis & à Discipulis eorum accepit eam fidem, quæ est in unum Deum Patrem omnipotentem &c.* Et cap. III. hanc prædicationem cum accepit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, *Ecclesia*, & quidem in universum mundum disseminata, diligenter custodit, quasi unam domum inhabitans, & similiter credit iis, videlicet quasi unam animam habens & unum Cor, & consonanter hæc prædicat & docet, & tradit, quasi unum possidens os. Item Lib. III. cap. 3. Traditionem itaque Apostolorum in toto mundo manifestatam in (omni) Ecclesiâ adest perspicere omnibus, qui vera velint audire, & habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, & Successores eorum usq. ad nos. - - - Hac ordinatione & successione, ea quæ est ab Apostolis in Ecclesiâ Traditio, & veritatis præconatio pervenit usq. ad nos. Et est plenissima hæc ostensio, unam & eandem divificatricem fidem esse, quæ in Ecclesiâ ab Apostolis usque nunc sit conservata & tradita in veritate. Nec non cap. IV.

Tantiæ

Tantæ ostensiones (Ecclesiæ) cum sint, non oportet apud alios
 quarere veritatem, quam facile est ab Ecclesiâ sumere, cum Apo-
 stoli, quasi in depositarium Dives, plenissimè in eam contulerint
 omnia, quæ sunt veritatis, ut omnis, quicumque velit, sumat ex
 eâ potum vitæ. Similiter & Origenes Tractat. XXIX. in
 Matth. Veritas, ait, similis est fulguri, egredienti ab Oriente,
 & apparenti usq; ad Occidentem. Qualis est veritas Ecclesiæ
 DEI, ab eâ enim solâ sonus in omnem terram exivit, & in fines
 Orbis terræ verba eorum, & velociter currit sola verè veritas
 DEI. Et Tract. XXX. Propterea non debemus attendere eis,
 qui dicunt: Ecce hic Christus, non autem ostendunt eum in Eccle-
 siâ, quæ plena est fulgore ab Oriente usq; ad Occidentem, quæ
 plena est lumine verò, quæ est columna & Firmamentum veri-
 tatis, in quâ totâ totus est adventus Filij hominis dicentis omni-
 bus, qui ubiq; sunt: Ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus vitæ
 usq; ad consummationem Seculi. Idem quoq; jam ante Ori-
 genem Tertullianus docuit in Lib. de Præscript. advers.
 Hæret. cap. XX. ubi ita: Debinc in Orbem profecti (Apo-
 stoli) eandem Doctrinam ejusdem fidei Nationibus promulga-
 runt, & proinde Ecclesias apud unamquamque Civitatem condi-
 derunt, à quibus traducem fidei & semina doctrinæ ceteræ ex-
 inde Ecclesiæ mutuatae sunt, & quotidie mutantur, ut Ecclesiæ
 fiant. Subjungimus Cyprianum, cujus hæc sunt verba
 notatu digna in Lib. de Unitat. Eccles. p. m. 208. Edit.
 Paris. ab ao. 1648. in Fol. Ecclesia, Domini luce perfusa, per
 Orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est, quod
 ubiq; diffunditur, nec unitas corporis separatur: ramos suos in
 universam terram copiâ ubertatis extendit, profluentes largiter
 rivos latius expandit: unum tamen caput est, & origo una, &
 una mater, fecunditatis successibus copiosa. Illius fœtu nasci-
 mur, illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur. Adulterari

non potest Sponsa Christi, incorrupta est & pudica: unam Domum novit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hec nos Deo servat, hac filios regno quos generavit assignat. Nec aliter Pacianus Barcinonensis Episcopus, Epist. III. ad Sympron. Tom. III. Biblioth. M. PP. col. 58. C. Proponis, inquit, & rectè quidem, Ecclesiam esse populum ex aqua & Spiritu S. renovatum sine negatione nominis Christi, templum & Domum DEI, columnam & stabilimentum veritatis, virginem sanctam castissimis sensibus, Sponsam Christi ex ossibus ejus, & carne, non habentem maculam neque rugam, integra Evangeliorum jura servantem - - Quis hoc nostrum negat. Succedat tandem Cyrillus Hierosolymitanus, qui Cateches. XVIII. Illuminat. p. 220. Edit. Paris. ab ao. 1640. in Fol. ex Interpret. Joh. Grodæcij ita loquitur: Catholica vocatur, quia per universum sit Orbem Terrarum diffusa - - Et quia docet Catholicè, hoc est, universaliter & sine ullo defectu omnia dogmata, que deberent venire in cognitionem hominum, & de visibilibus, & de invisibilibus rebus, de cœlestibus & terrestribus; & quod omne genus hominum pietati subjiciat, principum & subditorum, Doctorum & indoctorum; & quia in universum curat omne genus peccatorum, & que per animam, & que per corpus patrantur. Habeturque in illa omne genus, quocumq; nomine vocetur, virtutis, in factis & dictis & spiritualibus charismatibus omnigenis. Quibus similia leguntur apud Isidorum Hispalensem Lib. I. de Offic. Ecclesiast. cap. I. & Eliam Cretensem Comment. ad Orat. LII. Gregorii Nazianzeni num. 1. Quod verò Ecclesia vindex atque propugnatrix cœlestis veritatis sit ac semper fuerit, nec non ad finem mundi talis permanens sit, id satis clarè nobis proponunt *Lucifer Claritanus* Lib. Moriendum pro Filiò Dei, Tom. IX. Biblioth. M. PP. col. 1101. A. B. ubi

ubi Constantium Imperatorem Arianum his alloquitur verbis: *Si tandem oculos serpentis morsibus confossos, cordis tui aperias, invenies, quod hanc habet, hanc defendit Ecclesia fidem, quam sibi traditam cognoscit per beatos Apostolos. Omnes momentò peragrare si pösses gentes, invenisses, stolidissime Imperator, ubiq; Christianos, sicuti nos, credere, in hac defensione nostrà perstantes, pro DEI Filio, ut nos, mori cupere. At tua novella predicatio & recens religio sub pretextu fidei blasphemia, in perniciem salutis tuæ per te prolata, non solum adhuc limitem Romanum peragrare non valuit, & utique te satis agente, sed & ubi radices figere tentaverat, aruit. Item Chrysothomus Homil. IV. in Esaiaë cap. VI. Tom. III. Oper. col. m. 75 r. C. ubi ita: ἀκρέτωςαν Ἑλλήνες, ἀκρέτωςαν Ἰουδαῖοι τὰ καθ' ὁμολογίαν ἡμῶν, καὶ τὴν προεδρίαν τῆς Ἐκκλησίας· ὑπὸ πόσων ἐπολεμήθη ἡ Ἐκκλησία, ἀλλ' ἐδέποτε ἐνικήθη; πόσοι τύραννοι, πόσοι βασιλεῖς; Ἄυγστῶ, Τιβερίῳ, Γαίῳ, Κλαυδίῳ, Νέρων, ἄνθρωποι λόγους πεπημημένοι, δυνατοὶ, πᾶντα ἐπολέμησαν ἀκρὴν κερύσσαν, ἀλλ' ἐν ἐξερπίξωσαν· ἀλλ' οἱ μὲν πολεμήσαντες σπέρηνται καὶ λήθη ἀφ' ἑαυτῶν, ἢ ἡ πολεμηθεῖσα τὸν ἕσπρον ὑπεραίρει. i. e. Audiant Gentes, audiam Judei benefacta nostra, audiam magnam Ecclesie præ eminentiam. À quàm multis oppugnata est Ecclesia, nec unquam tamen victa? Quot Tyranni? quot Duces? quot Imperatores? Augustus, Tiberius, Cajus, Claudius, Nero, homines literis ornati, potentes, tot modis oppugnârunt recentem ac teneram; at non dejecerunt. Quin potius ii, qui oppugnârunt, sicutur oblivione traditi, illa verò oppugnata cælum transcendit. Nec non Augustinus lib. I. de Symbol. ad Catechum. cap. V. in fin. Tom. IX. Oper. Ipsa est Ecclesia sancta, inquit, Ecclesia una, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, contra omnes hereses pugnans, pugnare potest, expugnari tamen non potest. Hæreses omnes de illa exierunt, tanquam*

far-

farmenta inutilia de vite præcisa: ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in charitate sua. Porta inferorum non vincunt eam. Imò hoc satis superque evincunt tot præclara Sanctorum Ecclesiæ Patrum Volumina, falsis Hæreticorum dogmatibus pro tuendâ solidâ salvificæ fidei veritate, opposita, tot itidem Concilia tam generalia quam particularia, in quibus eadem ab Ecclesiâ & detecta & condemnata, id quod fusiùs diducendum atque demonstrandum tum Theologo tum ipsi Historico Ecclesiastico relinquimus.

§. XXVIII.

Postquam itaque constat, quâ ratione Apostolus per Metaphoram Ecclesiam vocaverit *σύλον κή ἐδράωμα τῆς ἀληθείας*, unicum hoc restat, ut nimirum disquiramus ad quasnam in specie columnas hîc respexerit, & quibusnam Ecclesiam sub hæc Metaphorâ opposuerit. Sunt nonnulli, qui Apostolum hîc alluisse volunt ad columnas Populo Israëlitico exhibitas, & in desertô *ὁδηγέες*, ad columnam illam igneam, quæ Judæorum Exercitum præcedebat, cujusmodi etiam *σύλον πύρος νύκτωρ ὁδηγόν* Thrafsybulo *παρασηγόμενον* memorat *Clemens Alexandr.* Lib. I. Stromat. p. m. 348. Vel ad utramq; columnam nubes & ignis. Et quidem hîc sensu: quòd Deus, quemadmodum olim in columnâ illâ nubis & ignis habitaverit ac præfens fuerit, ita nunc vel maximè & verè in Ecclesiâ verbô veritatis habitet. Quemadmodum columnæ illæ Israëliticæ & prælucebant & viam ostendebant; ita quoque Ecclesia illa sit columna, in quâ luceat Verbum veritatis, de quò David Psalm. CXIX. v. 105. *ל-רצלי דברך ואור לנתיבותי: Lucerna pedi meo verbum tuum, & lumen semite meæ.* Et Petr. II. Epist. I. 19. *ἔχομεν βεβαίω-*

βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον· ὃ καλῶς ποιᾶτε προσέχοντες
ὡς λύχνῳ φάρονι ἐν ἀνυχμῶν τόπῳ, ἕως ἢ ἡμέρα διαυγάσῃ,
καὶ Φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν τῆς καρδίας ὑμῶν. *Habemus firmio-*
rem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi
lucerna lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer
oriatur in cordibus vestris. Per quod veluti manuducamur
in viâ rectitudinis, tendentē in cœleste illud Canaan,
vitam æternam. Quapropter etiam Salvator serîo hor-
tatur: Ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε ἐν αὐταῖς ζωὴν
αἰώνιον εἶναι, καὶ ἐκεῖνα εἰσιν αἱ μαρτυρεῖσαι περὶ ἐμῶν. *Scru-*
tamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam ha-
bere: & ille sunt, quæ testimonium perhibent de me. Joh. V. 39.
Eὐ respexit *Chrysostomus*, dum Homil. XI. in I. ad Tim.
col. m. 471. D. Tom. VI. Opp. in N. T. ita fatur: Στόλος
ἕχων ὡς ἐκεῖνος ὁ Ἰσραηλῆος. Τὸ γὰρ ἐστὶ τὸ συνέχον τὴν πίσυν καὶ
τὸ κήρυγμα. *Columna non qualis Judaica illa, quæ populo nempe*
illi ducatum præbebat, Exod. XIII. 21, hoc enim est, quod fi-
dem continet & prædicationem: hoc est in Ecclesia vivâ vo-
ce veritas, sive via ad vitam promulgatur; quod Co-
lumna illa non præstabat. Planè novum verò & singu-
lare quid est, quod *Clariff. Heinsius* in Exercit. Sac. Lib.
XIV. cap. 2. p. m. 515. circa hanc interpretationem no-
tat: *Si, inquit, cum antiquis ad νεφέλης στόλον respexisse cre-*
dimus Apostolum, manifestius id erit, si distinguamus, ἥλας ὄντιν
Ἐκκλησία, Θεὸς ζῶντος στόλος, καὶ ἑδραῖωμα τῆς ἀληθείας.
Quæ est Ecclesia, Dei viventis columna, ac firma se-
des veritatis: Ubi enim Deus, ibi veritas, ubi veritas Dei, ibi
veritatis ἑδραῖωμα in Deo, & verbo Dei. Addit *Vir Clariff.*
ita sublatam iri repetitionem illam, ἐν ἑκαστῷ Θεῷ, ἥλας ὄντιν
Ἐκκλησία Θεὸς ζῶντος, Cui observationi atque lectioni
prudenter pariter ac modestè respondet *Swicerus* in The-
sauro Ecclesiast. sub voce στόλος Tom. II. col. m. 1049.

M

Ut

Ut nihil, inquit, dicamus de repetitionibus istiusmodi Apostolo non insuetis, ut II. *Timoth. I. 18.* & alibi, de distinctione hac aliis iudicium relinquentes, Apostoli verba, ut hodie leguntur, retinenda putamus; quia tales in contextu sacro mutationes, si non semper temerarie, saltem periculose sunt. E contrariò & præcipuè illi, qui Apostolum Metaphorâ illâ de *Domò Dei* ad Tabernaculum seu Templum Hierosolymitanum alluisse putant, Eundem & hâc locutione illuc respexisse contendunt. Erant nimirum variæ Columnæ (σύλοι) harumq; *Bases* (seu ἐδραιώματα) non tantum in Tabernaculo, veluti constat ex *Exod. XXVI. 32. 37. XXVII. 10. XXXVI. 38. XXXVIII. 10. 12. 14. 16. 17. XL. 18. Num. III. 36. 37. & IV. 31. 32.* verum etiam in Templò Salomoneò, inter quas tanquam præcipuæ memorantur duæ aëæ ante Templi vestibulum à Salomone erectæ, quarum una ירדן quod erectum, directum, perpetuumque consuetudinem, ac firmitudinem significat à ירדן perficiet, stabiliet; altera כח i, e. juxta *R. Kimchi*, & *R. Levi Gersom* quasi כח בר in eò robur, ad robur & fortitudinem designandam, dicebatur. Hæ Columnæ aëæ duabus constabant partibus, ipsâ nempe columnâ, ejusq; Capitellò, quod supra impositum erat. Ipsa columna concava erat, æs verò, quod concavitatem complectebatur, quatuor digitos crassum; ambitus totiùs Columnæ duodecim cubitorum I. *Reg. VII. 15.* & *Jerem. LII. 21.* Capitellum fimiliter utriusq; Columnæ concavum fuit, atque aëneum & ovale, cum magnò foramine, in quod summa pars Columnæ inferebatur, ita ut Capitellum ei infederit, notante *Celeber Lightfoot* in *Descript. Templi Hierosolym.* cap. XIII. Sect. II. num. 1. p. 577. Tom. I. *Oper. Edit. Roterod.* ab annò 1686. in fol. Utraq; columna octodecim cubitos alta erat præter capitellum, juxta I. *Reg. VII. 15.* & *Jerem.*

LII. 21. quas prætereà aurò uniùs digiti crassitudine tetras scribit Evpolemus apud *Eusebium* Lib. IX. de Præparat. Evangel. cap. 34. p. m. 450. B. Edit. Colon. Græco-Lat. ab ao. 1688. in Fol. & cum octodecim cubitos asurgeret, ultrà octoginta sex auri milliones constituisse asserit *Job. Baptist.* *Villalpandus* Tom. II. Part. II. Lib. V. cap. 37. Capitellum כותרת quod in vernaculam Gallicam R. Salomo vertit פימלס *Poumels*, Kimchi *Coronam*, Sanctius & alii *Epistylum*, tribus absoluebatur partibus, referente *Junio* & *Pagnino* in I. Reg. VII. nimirum: *capitulo*, *abacò*, & *coronà*, ejusdemq; altitudo quinque continebat cubitos I. Reg. VII. 16. Jerem. LII. 22. Inferior Capitelli pars plana erat, nec tantum exæquabat latitudinem columnæ, sed etiam undicumq; excedebat, quum multo esset latior quàm ipsa Columna; suprema verò pars curiosè erat cælata, quæ cælatura & ornatus in ipsis describitur Sacris Literis tum II. cit. tum II. Reg. XXV. 19. & II. Chron. III. 16. super quæ loca conferri merentur *Polus* in Synops. Criticorum & Celeberr. *Lightfoot* l. c. Locus, in quò hæ columnæ steterint, aliquatenus est dubius, nam licet Scriptura dicat eas fuisse לפני הבית *ante domum*, vel לפני החזקל *ante templum* II. Paralip. III. 15. 17. id tamen nondum æquè constat, num *intra* Porticum propè ingressum, an verò *extra* eundem, vel deniq; *intra* Porticum *ad valvas* Templi fuerint positæ. Priori opinioni suffragatur inter alios *Lightfoot* l. c. p. 579. b. existimans columnas intra porticum fuisse ad ejus ingressum, seu ad ipsa Portæ latera, quam & aliquot rationibus suffulcit, inter quas præcipuæ hæ sunt: (1) quia Ezechiel ita collocaverit ambas suas columnas in Porticu Templi sui, nempe in summis gradibus ad ipsius introitus latera c. XL. 49. (2) quia I. Reg. VII. 21. dicitur, quod Hiram

columnas statuerit לאלהים החיכל ad Porticum Templi, vel ad latera ingressus Porticus, ut *Iosephus* Lib. VIII. Antiquit. Judaic. cap. II. p. m. 261. A. interpretatur. Tandem hæ Columnæ in Babyloniam delatæ fuerunt, ceu II. Reg. XXV. 16. 20. & *Jerem.* LII. 20. perhibetur, idque secundum prædictionem *Jerem.* XXVII. 19, 22.

§. XXIX

Porrò erat quoq; in Templò Salomoneo טולג qui-
dam seu *Columna* Regiis usibus destinata, quâ Reges in-
niti solebant, fœdus cum Deo pangentes, vel quando in
Templò sermonem habebant ad populum, præsertim
cum inaugurarentur. Cujusmodi columnæ mentio fit
II. Reg. XI. 14. XXXIII. 3. ut & II. Chron. XXXIII. 13.
eademq; describitur II. Chronic. VI. 13. his verbis: כיוון
בדשה ויתגורו בתוך העזרה חמשת אמות ארכו וחמשת
אמות רחבו ואתה שלוש קומתו : *Fecit Salomo concham aris,*
(Suggestum instar conchæ æneum) & posuit illam (il-
lud) in medio loci auxiliij, (atrii) quinq; cubitorum longitudo
ejus, & quinq; cubitorum latitudo ejus, & cubitorum trium
statura (altitudo) ejus. Stetitq; super illud, & genuflexit se
super genua sua, contra omnem cœtum Israël, & extendit palmas
suas ad cœlos, & ait &c. &c. Quem locum clarius ita ex-
plicat *Alphonsus Tostatus*, Hispanus, Abulensis Episcopus,
Comment. in h. l. Tom. VIII. Oper. Part. alterâ p. 138. F.
& 139. A. Edit. Colon. ab ao. 1613. in fol. Ponitur hic
modus & habitudo ejus in orando, scil. quod flexerat genua su-
per basin ancæ, & dicitur, quòd fecerat Salomon basin ancæ,
quia istud sedile de ære erat factum, in modum basis columnæ,
quia basis est semper latior quàm altior, & ita erat hic,
quia latitudo ejus erat cubitorum quinq;, & altitudo trium.
Etiam vocabatur basis, quia nullum aliud nomen ei magis conve-
niebat. Nam non poterat vocari sedes, quia non erat ad sedendum,

cum

cùm esset tota plaza, & non erat facta ad sedendum in eâ, sed solum ad flexendum genua super illam, & fecerat eam Salomo ad honorem Regalem ostendendum, scilicet ut, licet ipse oraret flexis genibus, tamen cuncto populo celsior esset, velut si esset in Cathedra. Etiam hoc conveniebat ad proponendum coram totò populo. Nam oportebat quod videretur, quia aliàs non audiretur convenienter. Quibus similia habet Comment. in IV. Reg. XXIII. Tom. VII. Oper. Part. Alter. p. 387. C. Jam ad hæc Columnas nonnulli hîc allusum censent; & alii quidem nominetenus ad hanc Columnam Regiam, in quâ quemadmodum Reges sermonem ad populum habituri aut sedebant aut stabant, eidemque innitebatur: ita quoq; veritas ceu Regina augustissima sedem suam in Ecclesiâ habet & Ecclesiæ tanquam columnæ cuidam inñitur, atq; adeò non alibi habitat, neq; alibi est quærenda, quàm in Ecclesiâ, extra quam sunt meræ tenebræ, mendacia, errores, imposturæ & superstitiones. At verò sicut Reges Judæorum autoritatem suam nõ mutuabantur ab illâ, cui innitebantur, columnâ, sed ab ordinatione seu vocatione Dei: ita & veritas ab Ecclesiâ nequaquam obtinet autoritatem suam, imò potius, quicquid Ecclesia habet autoritatis & dignitatis, totum illud habet à veritate verbi Dei, quod in eâ sonat: sicut tota dignitas columnæ illius Regiæ pendebat à dignitate Regum, qui ei innitebantur. Vid. *Petr. Ravanelli* Biblioth. Sac. Tom. I. sub voce Columna p. m. 513. a. Alii autem Apostolum ad duas illas areas columnas in Templi porticu positas respexisse volunt, quæ typus Ecclesiæ N. T. fuerint, eandem adumbrantes tanquam columnam veram futuram, quam Deus potenter stabiliturus esset. Ita *Sebast. Schmidt* in Colleg. Biblic. Posterior, l. c. p. 301. *Sententia*, inquit, nostra hæc est, quòd nomine $\tau\acute{\upsilon}\lambda\alpha$ & $\epsilon\delta\rho\alpha\acute{\omega}\mu\alpha\tau$ respiciatur ad

columnas, quæ in templo Salomonis fuerint I. Reg. VII. Ierem. LII. quemadmodum nomine *οἱ* respici Templum Salomonicum communiter statuunt. Istarum autem columnarum officium non erat, ut aliquid sustentarent, sed per se insigne opus fuerunt & Templi ornamentum. Unde non opus, ut Ecclesiam columnam & firmamentum dicamus appellari, quod aliquid portet & sustentet. Laudat hanc expositionem Calovius in Bibliis illustrat. Tom. II. p. m. 963. a. Eidem quoque insitit Salom. Glassius Lib. V. Philolog. Sacr. Tract. I. cap. 13. p. m. 905. 906. & 907. ubi consentientem citat Joh. Forsterum Wittebergensem Doctorem H. Grotius in Annotat. ad h. l. hanc metaphoram in genere columnas Templi Salomonæi respicere docet; quò etiam collimant verba B. Gerhardi in LL. Theolog. Tom. V. Loc. de Eccles. cap. IX. §. 116. p. m. 307. a. quæ ita sonant. *Sumpta est locutionis formula à templo (hoc enim Domus Dei dicebatur) quod Hierosolymis olim fuit non solum peristylis exornatum, sed etiam columnis & sustentaculis firmatum, quæ τὸ ἱερόσολον ab hiatu & dilapsu tutum præstabat, ut Sacerdotes vices suas obire, sacra peragere possent, sicq; celestis veritas & cultus Dei propagari & conservari posset. Easdem partes Ecclesia, quæ est Domus Dei, sustinet circa celestis veritatis à Christo revelatæ doctrinam, ejusq; confessionem, professionem, publicationem, ut fideles instar columnarum stabiles persistant, edificati super petram seu fundamentum unicum, quod est Christus. Ut columnæ non suppediârunt fundamentum templo: Sic nec Ecclesia cælesti veritati. Est igitur columna ὀργάνωσις, confessionis & testimonio doctrine cælestis præclari depositi instar sibi commendat. e. H. I.*

§. XXX.

Deniq; singularem planè, nec tamen contemnendam hîc iterum fovet sententiam Clariss. Gothofredus l. c. col. 927. & seqq. existimans Apostolum in cæptâ semel ad Templum Gentilium, & in specie ad Ephesinum vel Eleusinium

nium allusione perfstare, Ecclesiamq̄ N. T. oppositè s. allusione factâ ad sacras Templorum Gentilium columnas, (σύλως vel σήλας) σύλον κη ἐδράωμα τῆς ἀληθείας vocare, præprimis cum inter alia ab hujusmodi columnis Gentilium Tempia maximè commendarentur. Habebat nimirum Templum Ephesinum, quod tertiâ vice exstructum fuit, prioribus Columnis divenditis, augustiori cultu Columnas CXXXVII. cælatas, ingentis molis, LX. pedum altitudine, cum Epistyllis & Spiris seu Basibus subditis, ceu *Plinius* Lib. XXXVI. Hist. Nat. cap. 14. *Jac. Oisilius* in Not. ad A. Gellii Lib. II. Noct. Attic. cap. 6. p. m. 125. *Salmasius* in Solinum p. 840. aliq̄ commemorant. Simili Columnarum ornatu & Templum Eleusinium decorum fuisse, testis est *Plutarchus* in Pericle Tom. I. Oper. p. m. 159. F. ubi de Coræbô hæc narrat: τὸ δ' ἐν Ἐλευσίῃ πλεσθερον ἤρξατο μὲν Κόροιβος οἰκοδομεῖν, κη τοῖς ἐπ' ἐδάφους κίονας ἐθήκεν ἄτος, κη τοῖς ὀπισθυλοῖς ἐπέλευξεν. Δοσιδανόντος δ' ἤ τέταρτος, Μεγαλένης ὁ Ξυπέλου, τὸ διάζωμα κη τοῖς ἀνω κίονας ἐπέθηκε τὸ ἑπ' αἶον ὅτι ἔ ἀνακτόρος Ξενόκλης ὁ Χολοαργέως ἐκορύφασε. i. e. Telesterion Eleusine capit Coræbus edificare. Hic Columnas in pavimento posuit, & epistyllis junxit. Quò defuncto, Xypetius Metagenes septum & superiores columnas adjecit. Fastigio adyti fenestram addidit Cholargensis Xenocles. Athenis etiam, cujus pagus Eleufis erat, sacra in Templis Columnæ quàm plurimæ insignes fuere, quod de Templo quidem Jovis exinde constat, quia ex eò Sylla Capitolinis Aedibus columnas advexisse perhibetur à *Plinio* lib. XXXVI. H. N. cap. 6. Meminit tandem & *Pausanias* in Atticis cap. 18. pag. m. 43. Templi ab Hadrianò Imperatore constructi & CXX. Columnis exornati. Harum porrò sacrarum in Templis Columnarum uti ingens numerus, ita & variæ species & multiplex deniq̄ usus erat. Erant quippe

atfion

nostris verbis alluisse contendit, cum ipsam Ecclesiam *σύλον τῆς ἀληθείας* vocat, & quidem in ἀντιθέσει; repræsentat enim Ecclesiam velut *μὴ ἑξ ἑκαστοῦ*, unicam Columnnam, unitus Dei veritatem unicam & proponentem & sustinentem, cum alioquin Gentilium Tempia *πολύστυλα* essent, pluribus ac variis Columnis, *σῆλαις* vel *σύλοις*, innixa, ornata atq; instructa; cujusmodi etiam Cereris in Atticâ memorat *Hesychius* in Lexic. sub voce *καλλιὰς* p. m. 577. Quod autem Ecclesia hocce Titulo & in respectu ad Gentilium Tempia *πικρόστυλα* merito gaudeat & recte ornari possit, id sequenti illustrat ratione: quia, quemadmodum Columnæ Templorum Gentilium ut plurimum mendacia, fabulasque meras & inania simulachra, eaque sæpius plurima, *μύθους ἀθέτους* proponebant, portabant, hominumque superstitiosorum & mentibus & oculis legenda ac conspicienda præbebant; ita è contrariò Ecclesia talis est Columna, quæ *veritatem* ipsam Cultus Divini sustinet, eandemque *solam*, veluti Numinis alicujus simulachrum, de fastigiò suo & suggestu hominum oculis spectandam exhibet, oracula item & eloquia Dei vivi, fœdera q; ejus cum populò suo facta & in S. Scripturâ comprehensa, hominum mentibus proponit, Posteritatiq; commendat.

§. XXXI.

Atque hoc ipsum pleniùs ex voce *ἑδραίαμα* elucescere, quam pari respectu atque ratione ab Apostolo h. I. attributam esse, *Clariff. Autor* autumat, ac propterea operosè inquiri in varias atq; multiplicès vocis *ἑδραίαματος*, quas subire potest, significationes, præsertim cum ea nullibi apud alios profanos occurrat Autores. Inter alia verò in specie notat, quòd Gentiles Deos suos variò situ repræsentare fuerint soliti, ficuti id testantur non tantum verba *Porphyrj* apud *Eusebium* Lib. III, de Præparat.

N

Evān-

Evangel. cap. VII. p. m. 98. C. sed & *Arnobius* in Lib. VI. advers. Gentes passim. Aliae nimirum Deorum imagines sive statuæ erant *stantes ὀρθοί, ὀρθοστάθην, statu erectò*, cujusmodi plures disertè pluribus in locis memorat *Pausanias* præsertim Lib. II. Græc. siv. in Corinthiac: cap. I. p. m. 113. cap. II. p. 116. Lib. III. siv. in Lacon. cap. XVIII. p. 254. & 255. Lib. VII. f. in Achaic. cap. XXI. pag. 576. & 577. Lib. VIII. f. in Arcad. c. XXXI. p. 665. & Lib. IX. siv. in Bœot. cap. XXIV. p. m. 757. Alias verò statuas Gentiles habebant *καθημένους, sessiles, ἄντι θρόνου, ἐν θρόνω, ἐν καθέδρα, ἐν ἔδρα, in sella s. sedentis habitu*, hujusmodi sessiles Deorum statuas, per Græciam suam iterum quàm plures memorat idem *Pausanias*, inprimis Lib. II. Græc. cap. III. p. m. 117. cap. IV. p. 121. c. X. p. 134. & c. XII. p. 141. Lib. III. cap. XV. p. 246. c. XIX. p. 257. Lib. V. f. I. Eliacor. cap. XVII. p. 418. Lib. VII. cap. XX. p. 573. & alibi; Memorat & *Lucianus* in Deâ Syriâ Tom. II. Oper. p. m. 675. Eaque sessio Potentiæ firmitatem & Majestatem significabat, ut *Chrysostomus* Homil. IV. in Acta Apost. & *Suidas* sub voce *Ζεὺς* Tom. I. p. m. 1123. E. tradunt. Quamobrem & hoc nomine sese jaecat meretrix Apocal. XVIII. 7. Atq; hinc putat *ἑδραιώματος* voce indicari posse, sive hujusmodi *ἕδραν sedem*, sive *θρόνον* i. e. *sellam*, in quibus simulachra Deorum sedentia exhibebantur. Quæ quidem etiam sella columnis quandoque sociatæ erant, veluti *σῆλη καὶ θρόνοι* sociantur apud *Pausaniam* in Corinthiac. cap. IV. p. m. 121. & *κίονες καὶ θρόνοι* in I. Eliacor. cap. XI. p. 401. ubi etiam *κίονες θρόνον* sustinere dicuntur. Nec incongruum putat futurum, si vocem *ἑδραιώματος* per suggestum, fulcrum, pulvinar, scamillum, stabilitum scamnum solumq; sit explicaturus, sic ut respondeat vocibus *βῆμα, ὑψῶς, βά-*

βάθρον, υποβάθρον, υποβεβλημένον, υπόδημα. Denotat autem βῆμα seu ὑψ. nonnunquam *suggestum, tabulatum, pulvinarium* aliudve quid, in quò stabat vel collocabatur simulachrum tanquam in editò vel eminenti, ut eminèis videretur, unde & aliàs apud *Hesychium* & in Glossis *Cyrrilli* ἔδεγμα pulvinarium; item *ερομνή* θεῶ lectus seu lectisternium, in quò collocabantur signa Deorum, vocatur, de quò etiam *Acron* in Lib. I. Horatii Od. 37. *videtur* sub voce ἔδεξ & ἔδεξων Tom. I. p. m. 839. & 840. B. nec non *Clemens Alexandr.* Lib. II. Stromat. p. m. 372. D. Idem & βάθρον significat teste *Hesychio* in Lexic. p. m. 177. & *Varino* in Lexic. col. m. 347. nimirum βασις ἔδραματις, ἐφ' ᾧ ἔσηκός ἦν τὸ ἀγαλμα, *fundamentum seu Basis simulachri, super quò illud positum seu erectum erat;* de quibus sæpè *Pausanias* præfertim Lib. I. Græc. siv. in Attic. cap. XXIV. p. m. 58. Lib. II. cap. XXIV. p. 165. Lib. III. cap. XIX. p. 257. Lib. V. f. I. Eliacor. cap. XXII. p. 434. & 453. nec non Lib. VII. cap. 27. p. 594. ὑποβάθρον item & υποβεβλημένον *quæcumque substructionem* denotant, cui τὰ ὑπερέχοντα & nominatim simulachra firmiter inſtituntur, sicut & υπόδημα, *suppedaneum, scabellum pedum,* quod sedentis imaginis pedibus quandoq; subjacebat, quò de *Paufanias* in Eliacor. I. five Lib. V. cap. XI. p. m. 400. & lib. VIII. f. in Arcad. cap. XXXVII. p. 675. Nimirum habebant Græci inter alia Templorù atq; Delubrorum suorum ornamenta & varias Columnas, Statuas atq; Aras, *σύλας* f. *σῆλας* dictas, quibus imposita erant varia Deorum simulachra, ἀγάλματα, partim ἔρθα f. erecta, partim ἐν θρόνῳ f. sedentia aut cubantia, atq; horum sellæ five pulvinaria, lectisternia, suggestus, bases ac suppedanea, *θήματα, βάθρα, υποβάθρα, υποθήματα,* & ut Autor noster putat, *ἐδραϊώματα* vocabantur, uti id ex allatis è *Paufania* locis & exemplis fati elucescere potest. Et ad hæc Apostolum respexisse in nostris verbis, ubi Ecclesiam vocat *σύλον καὶ ἐδραϊώματα τῆς ἀληθείας,* in quibus *Timotheo* suo Ecclesiam veluti Columnam talem ante oculos ponit, in summitate suâ pulvinari, lectisterniò, sellâ vel aliò simili suggestu instructam, cui inſtitit aut inſidet Veritatis simulachrum suppedaneò seu scabellò suò firmatum, idque voce *ἐδραϊώματις* indicare voluisse autumat. Quò

ipso etiam tacitâ veluti ἀντιθέσσι ad omnia hujusmodi columnata Simulachra & Signa inter Græcos celeberrima, ac in specie ad illa Templi Eleusini aut Ephesini, de quibus Pausanias in ll. cit., ostendit Ecclesiam N. T. talem esse Columnam atq; ἐδραίωμα, in quâ perfistat atque sedeat firmata & in altô veluti posita, non multiplex & mythica illa Gentilium Deorum veritas, μαθαιολογία potius dicenda, sed unica tantum illa veritas in Dei verbô contenta, unica illa Dei Filia, unicus Christus, qui est Dei filius unicus, & ipsa Veritas, juxta Joh. XIV. 6. Verba Gothofredi inter alia hæc sunt: *Igitur hic veritas fortè à Paulo opposita fuit singulis, peculiaribus, vicinis, oppidanis, regionum, populorum Numinibus, qua per singula illa præcipuò cultu habebantur; ut & Ἰεὺ δ' ἀνύμω Gentilium & Philosophorum ἀληθεία, Gentilitiisq; μύθοις, seu Fabulis. Peculiaris & hic fortè alluso ad Eleusiniarum fabulas & commenta fragmentaque, in quibus ficta, falsa omnia narrabantur, peragebanturq; &c.* Atque hæc sunt illa, quæ Clariss. Gothofredus observat ad Metaphorica illa Apostoli verba, ubi Ecclesiam dicit esse εὐλογίη καὶ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας, in quibus, quò Apostolus metaphoricâ hæc locutione speciatim respexerit, pp. ad Templi Gentilium Græcorum, ac in specie Eleusinium s. Ephesinum expressè indicat, prolixius hanc suam mentem explicans in *Exercitat. priori* super I. ad Timoth. III. 15. exaratâ & Tom. V. Criticor. Sacror. nuper annò 1695. Francof. ad Mœn. in Fol. excusorum col. 925. nec non à Doctiss. *Suicerò* Thesaurò suo Ecclesiast. Tom. II. sub voce εὐλογίη col. m. 1050. & seqq. insertâ: qui ultimò nominatus Autor hæc in commendationem hujus Gothofredi explanationis subdit: *Ego certè non existimo, commodiorem huic loco interpretando, & ab Adversariorum objectionibus vindicando, expositionem afferri posse, quam hanc ipsam.* Plura instituti nostri ratio afferre non permittit, hæc itaque ad hunc insignem atque nobilissimum locum hæc vice dicta sufficiant. TU VERO, ATERNE DEUS, CUIUS PROMISSIONES ATERNÆ SUNT VERITATIS, SERVA ECCLESIAM TUAM UNAM, SANCTAM ET CATHOLICAM, COETUM TUORUM VERE FIDELIUM IN HOC MUNDO MILITANTIUM, COROBORA ILLAM IN TUA VERITATE, AC PROTÈGE EAM ADVERSUS INFERNALEM HOSTEM EJUSq; MACHINATORES, AD FINEM USq; OMNIUM DIERUM; QVIA TU PROMISISTI, QVOD NEC PORTÆ INFERORUM SUNT PRÆVALITURÆ ADVERSUS EAM. CONSERVA ET NOS IN EJUS COMMUNIONE ET SANCTICA NOS SEMPER, O SANCTE PATER, IN TUA VERITATE, VERBUM TUUM EST VERITAS.

A M E N!

Je 4165

ULB Halle


005 377 099

3



MC







DISPUTATIO PHILOLOGICA

EXPLICANS PAULI VERBA

EX

I. AD TIMOTH.

III. v. 14. & 15.

Quam,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO ATq; EXCELSISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO

WILHELMO,

REGNI PRUSSIAE ET ELECTORATUS

BRANDENBURGICI HAEREDAE, &c. &c. &c.

q;USSU MAGNIFICI DOMINI PRO-RECTORIS ET

AMPLISSIMI SENATUS,

IN REGIA PRUSSIAE ACADEMIA,

PRO LOCO ORDINARIO

Professionis GRÆCÆ LINGVÆ obtinendo,

Solemni Ventilationi submittit

M. JOHANNES ERNESTUS SEGERS,

Regiom. Pruff.

RESPONDENTE

CHRISTIANO FLOTTWELL, Reg. Pr.

IN AUDITORIO MAJORI,

Horis Ante- & Pomeridianis d. 18. Decembr.

Anno M DCC III.

REGIOMONTI, EX OFFICINA

Privilegio SAC. REG. MAJ. confirmata GEORGIANA.